



ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

DE

COORUM TITULORUM DIALECTO.

DISSERTATIO PHILOLOGA

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

UNIVERSITATIS BASILIENSIS

PHILOSOPHORUM ORDINE RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

HANS BARTH

BASILIENSIS.

BASILEÆ

EX OFFICINA M. WERNER-RIEHM

MDCCCLXXXXVI.

JACOBO WACKERNAGEL

PIETATIS CAUSA.

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC DISSERTATIONE CONTINENTUR.



NOTARUM EXPLANATIO.

P.H. = Paton and Hicks, The inscriptions of Cos. Oxford 1891.

D. I. = Sammlung der griechischen Dialect-Inschriften, herausgegeben von Collitz und Bechtel.

I.B.M. = Newton, Ancient Greek Inscriptions in the British Museum.

I.G Ins. = Inscriptiones Græcæ insularum maris Aegaei ed. Hiller de Gaertringen. Berol. 1895.



PRAEMONENDA.

Quo ex tempore quantam vim dialecti in cognoscendam illustrandamque linguam Graecam habeant intellegeretur, permulti homines docti indagandis perscrutandisque Graecae linguae dialectis operam dederunt. Cum autem per singulos annos novi tituli effodiantur inque lucem edantur atque hoc modo materia in dies augeatur, novae in dies de dialectis Graecis quaestiones exsistunt. Qua de causa duobus annis post quam Paton et Hicks titulos insulae Coae jam cognitos collegerunt eosque multis lapidibus recenter effossis auctos ediderunt atque commentariis ad res in iis commemoratas pertinentibus instruxerunt, concilio Jacobi Wackernagel commotus dialectum eorum tractare institui. Cum tituli Coi plane omnes anno 300 a. Chr. n. recentiores sint facile apparet duplex huic dissertationi consilium propositum esse; priore quidem loco habitus Doridis huius insulae tertio atque altero a. Chr. n. saeculo proponendus est, deinde autem etiam qua ratione dialectus Dorica in sermonem vulgarem transierit explicanda atque testimoniis illustranda est.

Jam rem plane perfeceram, cum vere anni MDCCCXCV fasciculus primus Inscriptionum Graecarum insularum maris Aegaei mihi in manus venit atque simul tituli

Calymnii et Coi in corpore inscriptionum ad dialectum pertinentium cui nomen est ‚Sammlung der griechischen Dialektinschriften herausgegeben von Collitz und Bechtel' in tomo III. fasc. IV. part. II. editi sunt. In hoc fasciculo primo loco laudato Fridericus Hiller de Gaertringen titulos insularum Rhodi, Carpathi cum Saro, Casi, Chalces optime edidit tractavitque. Quo modo cum materia ad illustrandam Doridem recentiorem valde aucta esset multique novi tituli in lucem editi atque inscriptiones dispersae uno loco collectae essent, Doridem, omnium harum insularum tractare coepi. Assumpsi etiam titulos urbis Cnidi atque insularum Pholegandri, Anaphes, Astypalaeae, Teli et Nisyri qui in libro ‚Griechische Dialektinschriften' III, IV. I collecti sunt. Quod ut facerem maxime id me commovit, quod tituli omnium harum urbium perpaucis exceptis saeculo quarto a. Chr. n. exeunte antiquiores non sunt, immo vero maxima eorum pars ad saeculum tertium, alterum et primum a. Chr. n. et ad aevum imperatorum Romanorum pertinet.

Quarum postquam omnium urbinm titulos perlustravi, discrimina maiora inter singularum urbium insularumque sermonem non exstare neque permultas res, quae ex titulis Cois non cognitae essent, afferri posse, optimeque autem ex titulis Cois habitum Doridis recentioris rationemque transgressionis in sermonem vulgarem illustrari posse vidi. Qua de causa consilium totam materiam ex his titulis collectam afferendi repudiavi, ne testimoniorum catalogi nimis magni accrescerent. Haec si de Coorum titulorum dialecto dissertatio modusque materiae afferendae atque disponendae comprobabitur spero fore ut alio loco materia collecta utar atque de dialecto Dorica omnium harum urbium disseram.

Ut titulorum Coorum dialectum primum tractarem id me commovit, quod in numero eorum tituli omnis

generis temporisque exstant atque quod omnibus rebus, quibus dialectus definiri possit, copiosi sunt, cum tituli Rhodii solum nominibus propris uberrimi sint Calymniaeque plane nihil nisi decreta publica tertii atque alterius a. Chr. n. saeculi exstent, titulique reliquarum urbium nimis rari sint.

Quod attinet ad afferendae disponendaeque materiae rationem, homines rerum grammaticarum periti facile videbunt me virum doctum Meisterhans multis in rebus secutum esse. Etiam ex dissertatione, quam scripsit Ricardus Meister de dialecto Heracleensium Curtius Stud. IV. pag. 355—462 et ex libro Hoffmanni de dialectis Graecis multa me didicisse libenter confiteor. Praecipue autem hoc loco ea commemoranda sunt, quae dicit homo doctus J. Wackernagel, ubi de Meisterhansii grammatica inscriptionum Atticarum verba facit Philol. Anz. Bd. 16. p. 65—83. Liceat mihi nonnulla ex iis ad verbum afferre: ‚Diesem vorzug des werkes thut eine nicht verschweigbare schwäche abbruch. Wer, wie Wecklein, im grunde nur darauf ausgeht, sich die kritik der schriftstellertexte zu erleichtern, hat das recht, nur die für diese in betracht kommenden punkte herauszugreifen. In einer förmlichen grammatik soll alles besprochen werden. Man weiss heutzutage, wie notwendig es ist, auch alltägliche, und scheinbar selbstverständliche schreibungen, formen, konstruktionen etc. statistisch aufzunehmen, da die vulgärtradition oft einfach irrtümlich ist und auch, wenn nicht, das gebrauchsverhältnis zwischen regelmässigem und ausnahmen festgestellt werden muss, überhaupt nicht abzusehen ist, warum das ungewöhnliche und fehlerhafte durchaus auf unsere beobachtung ein vorrecht haben sollte. Indem Meisterhans im ganzen nur das auffallende verzeichnet oder das, worüber schon irgend einmal diskutiert worden

ist, entsteht der nachteil, dass, sobald irgend ein neues problem auftaucht seine sammlungen im stiche lassen.'

Quibus ut consiliis uterer in conscribenda hac de Doride Coa dissertatione operam dedi atque hac de causa ad rationem inter dialectum Doricam et sermonem vulgarem melius illustrandam omnes plane formas singulatim attuli etiam grammaticam numerum pati ratus.

INTRODUCTIO.

De historia atque situ insulae Coae cum Hicksius in praefatione diserte agat hoc loco longius verba facere necesse non est, sed solum eae res quae dialecti causa memorabiles atque ad tempus titulorum Coorum definiendum alicuius sint momenti afferendae sunt, deinde de tempore titulorum Coorum et de elocutione, qua compositi sunt in universum mihi agendum est.

1.

Insulae Coae prima fit mentio apud Homerum nonnullis locis Iliadis (versus primo loco allati non sunt antiquissimi.) Ac prinum quidem in catalogo navium Il. B. 676—679.

Οἳ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον Κράπαθόν τε Κάσον τε
Καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν νήσους τε Καλύδνας,
Τῶν αὖ Φείδιππός τε καὶ Ἄντιφος ἡγησάσθην
Θεσσαλοῦ υἷε δύω Ἡρακλεΐδαο ἄνακτος.

cf. Il. Ξ 255, Ο 28. In libro Iliadis Λ aliquot heroes Coi inter quos ipse Κόων ab hostibus vulnerantur. In „Isyllo“ Wilamovitz probavit hos in Iliadem ex eadem Heraclea translatos esse, quam respicit Homerus in libris Ξ et O. Herodotus VII. 99 nos docet Coos esse Dorienses

Epidauro oriundos. Homines docti recentiores ex his testimoniis, ex cultu Aesculapii Coa in insula eodem modo florente atque Epidauri atque ex nominibus hominum locorumque quae insulae Coae cum Thessalia sint communia collegerunt Achivos ex Thessalia primum venisse in insulam Coam deinde Dorienses ex urbe Epidauro. cf. Strabo p. 653. C. De his quaestionibus cf. Paton and Hicks, The inscriptions of Cos introd. p. XV. seqq. et p. 344—348; Wilamovitz, Isyllos von Epidauros p. 55 seqq., Bechtel, Nachr. d. Götting. Ges. d. Wiss. 1890 p. 34 seqq. Utut res se habet, ex titulis Cois videmus Coos dialecto Dorica fastisque Doricis usos esse atque populum divisum fuisse in phylas Doricas, quibus sunt nomina Δυμᾶνες, Ὑλλεῖς et Πάμφυλοι atque sollemniter celebravisse dies festos Doriensium proprios quibus nomen Κάρνεια vel Καρνεῖαι scil. ἡμέραι erat. Deinde ex testimoniis satis cognitum est, urbem Coam in numero earum sex vel postea quinque urbium Doriensium scil. Lindi, Camiri, Jalysi, Coi, Cnidi (Halicarnassi) fuisse, quae societate ad Apollinem Neptunum et Nymphas in promontorio cui erat nomen Τριόπιον ludis sacrisque colendos tenebantur. cf. Schol. ad Theocr. XVII. 69. Quod attinet ad casus varios insulae Coae quinto saeculo videmus ex Herod. VII. 99 in classe, qua Xerxes Graeciae bellum intulit etiam quasdam Coorum naves fuisse atque ex catalogis tributorum ab Atheniensibus sociis impositis apparet Coos quinto saeculo in dicione Atheniensium fuisse. cf. C. I. A. I. 229 seqq. Sub finem belli Peloponnesiaci insula Cos in potestatem Lacedaemoniorum venit, cf. Thuc. VIII. 41; Xen. Hell. I. 5. 1, sed post pugnam apud Cnidum commissam Coi in primis ab Lacedaemoniis defecerunt atque ad partes Atheniensium transierunt. cf. Diod. XIV. 84.

Ad hoc tempus pertinere videtur titulus P. H. 148 sane antiquissimus, qui in insula Co inventus sit; est

inscriptio lapidis termini. Hunc autem titulum non esse Coum sed Atheniensem ex litteris atque ex dialecto apparet. Litterae eius στοιχηδόν positae sunt, littera H significat ē longam in vocabulis Ἀϑηνᾶς, Ἀϑηνῶν et μεδεόσης spiritum asperum autem in ὅρος; littera O habet vim o brevis in ὅρος, ου adulterini in τεμένος et μεδεόσης. Paton primum dicit Foucartum virum doctum putare hunc lapidem quinto saeculo Samo ex insula in insulam Con transportatum esse atque vocare eum ad sententiam suam probandam titulum Samium huic titulo simillimum C. I. G. 2246. Deinde Paton mentionem facit decreti Atheniensis, quod exstat in insula Carpatho; edidit primum Foucart Bull. de corr. hell. XII. 1888 p. 153 seqq. commentarioque instruxit; denuo editit Hiller, I. G. Ins. 977. Quo ex decreto valde mutilato apparet laudatos esse ab Atheniensibus Eteocarpathios, quia cupressum dono dedissent in templum Athenae aedificandum; cf. J. G. Ins. 977, 9 seqq. ἐπὶ τὸν νε[ὼν τῆς Ἀϑηναί]ας τῆς Ἀϑηνῶμ μ[εδεόσης]. Quod decretum Foucartus anno post pugnam apud Cnidum a. 394 commissam tribuit. Quas si inter duas inscriptiones ratio quaedam interest, titulus Cous eidem tempori tribuendus est. Non nego hanc Patonis sententiam valde mihi arridere, cum titulum Coum eo tempore sermone Attico exaratum esse bene explicari possit; iam supra docui Coos post pugnam apud Cnidum commissam statim Atheniensium partes secutos esse.

Anno a. Chr. n. 366 incolas insulae Coae, qui hucusque pagos habitaverunt, urbem, cui nomen Cos erat, in parte insulae ad orientem spectante condidisse solum ex testimoniis Strabonis ac Diodori scimus, cum in titulis Cois huius rei mentio nulla fiat; cf. Strabo p. 657: Ἡ δὲ τῶν Κῴων πόλις ἐκαλεῖτο τὸ παλαιὸν Ἀστυπάλαια καὶ ᾤκεῖτο ἐν ἄλλῳ τόπῳ ὁμοίως ἐπὶ ϑαλάττῃ· ἔπειτα διὰ

στάσιν μετῴκησαν εἰς τὴν νῦν πόλιν περὶ τὸ Σκανδάριον καὶ μετωνόμησαν Κῶν ὁμονύμως τῇ νήσῳ. cf. etiam Diod. XV. 76.

Omnino res quarto saeculo gestae in titulis Cois nulla vestigia reliquerunt.

2.

Antequam ad munus huius introductionis, id est de tempore titulorum Coorum et de lingua, qua compositi sunt, in universum disserendi transeo praemonendum est difficillimum esse de tempore horum titulorum certi aliquid dicere, cum in perpaucis res aut nomina aliunde cognita aliisque locis perstricta commemorentur atque index magistratuum eponymorum ut exempli gratia Athenis in urbe Co .non exstet neque ex titulis recuperari possit. Deinde praemoneo me ad titulos Coos a Patone allatos assumpsisse sex titulos Coos ex libro ‚Sammlung der Griechischen Dialektinschriften' quorum tres scil. nn. 3611, 3612 et 3619 Paton non recepit cum Calymniae in templo Apollinis inventi essent; tres scil. nn. 3614, 3617 et 3632 eo tempore cum Paton titulos Coos collegit nondum erant inventi.

Ac primum quidem titulos, quorum tempus ex rebus in iis commemoratis forme definiri possit, perlustremus.

Antiquissimus Coorum titulus, cuius tempus ferme definiri possit est D. J. 3611, Calymniae in templo Apollinis inventus; est decretum in honorem Theucratis Calymnii conceptum, qui rem publicam Coorum pecunia adiuvit, quam haec civitas ad expeditionem quandam regis Antigoni, qui hoc in decreto nominatur contulisse videtur. Inscriptio valde mutilata est et id ipsum verbum, quo si adesset, eluceret, quam ad rem Theucrates rem publicam Coorum pecunia adiuverit, excidit, sed

haec pro certo habenda sunt Coos tunc Antigoni regis partes secutos esse. Hicks in introductione p. XXXII ostendit rem publicam Coorum partes Antigoni secutam esse iis annis, qui intercesserunt inter pugnam ad Cyprum anno 306 commissam et pugnam apud Ipsum anno 301 factam. Ad hoc tempus igitur haec inscriptio referenda est. cf. Droysen, Gesch. des Hellenismus 2. 2 p. 155.

Secundo loco tempus tituli P. H. 7 definiri posse videtur; hic titulus, qui est maximam partem delectus exhibet verba βασιλῆ et 'Αϑάναις. Qua de causa Newton J. B. M. n. 336 putavit regem esse Alexandrum magnum. Heac autem non ita se habere posse vidit Müllensiefen D. I. 3621 adnot., cum titulus 3611 litterarum formas multo antiquiores exhibeat. Paton l. c. putat regem esse Ptolemaeum II Philadelphum ostenditque commemorationem Athenarum bene se habere, cum Athenienses bello Chremonideo a. 265—263 partes huius regis secuti sint; quod ad tempus hanc inscriptionem referendam esse.

Ad finem tertii saeculi pertinet magnus numerus titulorum Coorum, qui nominibus propriis in iis occurrentibus inter se conjunguntur. Primo loco agendum est de titulo P. H. 10, cuius tempus ex rebus in eo commemoratis definiri potest; homines docti de tempore eius non plane consentiunt, cum Paton p. 335 eum tempori belli Chremonidei 265—263 attribuat; sed ipse confitetur p. 336 hanc inscriptionem etiam ad finem tertii saeculi pertinere posse. Haec etiam viro docto Müllensiefen placuerunt, qui ad sustinendam suam sententiam profert quae sequuntur; cf. adnot. ad D. I. 3624 et 3586: in inscriptione P. H. 10 d. 70 occurrere inter eos, qui rem publicam pecunia adiuverint, nomen Althaemenis; hominem eiusdem nominis principem legationis sacrae (ἀρχιϑέωρος) fuisse, quam res publica Coorum anno 203

Delum miserit, docuisse Homolle, Bull. de corr. hell. 15. p. 126; in inscriptione P. H. 45 = D. I. 3643, quae habeat praescriptum ἐπὶ μονάρχου Ἀλθαιμένευς duo nomina occurrere, quae etiam in titulo P. H. 10 occurrant. Verisimillimum igitur esse hunc Althaemenem ter commemoratum eundem esse hominem et inscriptiones P. H. 10 et 45 aetati, qua floruerit, id est exeunti saeculo attribuendas esse. Huius sententiae fides confirmari potest comparatis duabus inscriptionibus Calymniis; cf. adnot. ad D. I. 3586. Hoc decreto Lysander filius Phoenicis Calymnius corona aurea donatur, quia in bello, quod Hierapytnii Cretenses Calymniae insulae intulerunt, virum fortem se praestitit. Newton I. B. M. 259 autem putat bellum hac in inscriptione commemoratum dici latrocinia, quae Cretenses cum Nabide Lacedaemoniorum tyranno fecerint quorum etiam Polybium mentionem faciat dicens VIII. 8: Νάβις ἐκοινώνει τοῖς Κρησὶ τῶν κατὰ θάλατταν ληστειῶν. Quae si ita se habent hic titulus Calymnius ad annum 205 referendus est. Huic titulo Calymnio autem aequalem esse titulum Coum P. H. 10, de quo agitur, verisimile est, cum in indice eorum qui rei publicae Calymniorum pecuniam contribuerunt P. H. 3590 quinque nomina occurrant, quae etiam in titulo Coo inveniantur atque in titulo Coo etiam de salute patriae deque confoederatis agatur; deinde aliunde cognitum est piratas Cretenses impetu in Calymniam insulam repulso se in promontorium Coum, cui nomen erat Λακητήρ, rettulisse. His ex causis a Müllensiefenio allatis sententiam eius probo atque cum eo verisimillimum vel plane certum esse puto titulum P. H. 10 anno a. Chr. n. 205 attribuendum esse. — Commemorandum est Preunerum Hermes 29. p. 548. putare hanc inscriptionem ad cladem, qua Pausistratus Rhodiorum dux anno 190 in bello ab

Romanis contra Antiochum regem gesto affectus sit pertinere. cf. Liv. 37. cap. 10—12.

Titulos P. H. 11 et 12 in quibus etiam de stipendio alimentoque militum agitur ad idem tempus pertinere puto. Titulum P. H. 44 plane eidem tempori tribuendum esse quo P. H. 10 iam plerique homines docti viderunt, cum quattuor nomina in utroque titulo occurrant; cf. adnot. ad D. I. 3642. Sed non recte Müllensiefen rationem, quae inter has duas inscriptiones intercedit explanat, cum dicat titulum P. H. 10 recentiorem esse quam P. H. 44. Immo vero ratio temporum contraria esse videtur, cum in titulo P. H. 10 d. 59 occurrat Αἰνησίας Λυκαίϑου, qui pro filio ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ Λυκαίϑου trecentas drachmas donat atque in titulo P. H. 44 legi videatur nomen filii Λύκαιϑος Αἰνησία. Qua ex re apparere videtur titulum P. H. 44 aliquanto recentiorem esse. P. H. 45 plane eidem tempori tribuendus est quo P. H. 10. cum in utroque appareat μόναρχος Ἀλϑαιμένης; de quo quaeso conferas, quae ad P. H. 10 docui. Eidem tempori ac P. H. 10 etiam tribuendus esse videtur titulus P. H. 137 cum in utroque nomen Δέλφις occurrat; cf. P. H. 10 c. 35 et 137. 4.

Deinde hoc loco verba facienda sunt de titulis permagnis pagi Halasarnae P. H. 367 et 368, qui, quod ad locum attinet ubi inventi sunt, atque ad ea, quae exhibent separari non possunt; titulus P. H. 367 enim inest in octo lateribus capitis columnae, P. H. 368 in lateribus ipsius columnae. P. H. 367 exhibet praecepta accurata copiosaque de construendo catalogo eorum, qui societate ad sacra Apollinis et Herculis perficienda teneantur et titulus 368 ipsos catalogos exhibet. Quorum titulorum cum de tempore homines docti non plane consentiant, sententiae eorum breviter sunt censendae. Paton pag. 335 dicit titulum P. H. 368 una hominum

aetate recentiorem esse quam titulum P. H. 10. Quem contra Müllensiefen adnot. ad 3706 et Preuner Hermes 29 p. 545 sententiam protulerunt rationem temporum inter has duas inscriptiones esse contrariam. Quam ad sententiam probandam afferunt quae sequuntur: Titulum P. H. 368 ad idem tempus pertinere ac P. H. 387 ex quattuor nominibus, quae in utroque titulo occurrant, apparere; Ἄριστος Ἀρίστου 368 I. 28 et 387.8, Δορκύλος Θευκλεῦς P. H. 368 VIII. 5 et 387.12, Μοσχίων Λυκαίϑου 368 VIII. 25 et 387.16, Λεύκιππος Λυκαίϑου 368 VIII. 17 et 387.23; titulum P. H. 387 autem una hominum aetate antiquiorem esse titulo P. H. 10 colligi posse ex nominibus quattuor hominum, quorum filii occurrant in titulo P. H. 10; Ἐπίγηρις Ἐπιχάρμου P. H. 387. 14, Μοσχίων Φιλίστου v. 18, Παρμένισκος Αἰσχυλίνου v. 19, Λεύκιππος Λυκαίϑου v. 23; at inverso ordine Ἐπίχαρμος Ἐπιγήριος etc. 10 d. 40, b. 7, d. 8, b. 2. Quae quamquam ad sententiam probandam sufficiunt tamen Müllensiefen etiam ex ratione quae inter titulum P. H. 368 et inter titulum Calymnium D. I. 3590 intercedit rem probari ostendit. Quae cum ita sint, titulum P. H. 368 cum Mullensiefenio et Preunero aetate hominum titulo P. H. 10 antiquiorem esse existimo eumque anno circiter 230 a. Chr. n. tribuo. Quod attinet ad sermonem tituli P. H. 368 praecipue nomina mulierum perlustranda sunt, cum ex quinquaginta duobus nominibus, quae pertinent ad declinationem in — α, tredecim exempli gratia Ἁλίη Νικοτέρη formam Jonicam ostendant viginti quinque post consonam non α sed η habeant, e. g. Μενίσκη et novem solum ante ι et ρ e. g. Ἀριστάνδρα, quinque ante consonas e. g. Νικοδίκα α exhibeant. Qua re apparet insulam Coam propinquitate et amicitia contigisse ad urbes Jonicas vicinas.

Reliqui tituli, qui cum titulis P. H. 10 et 368 co-

haerent sunt hi: Titulum P. H. 370 aliquanto antiquiorem esse titulo P. H. 368 Preuner, Hermes 29, 545 et Müllensiefen adnot. ad D. I. 3708 probant. Tempus tituli P. H. 382 ea re definitur, quod nomina Λύκαιθος Λευκίππου etiam in titulo P. H. 10, Χαρμιππος et Λύκαιθος Παρμενίσκου etiam P. H. 44, Νικαγόρας Θευδώρου et Φίλιστος Φιλίστου etiam P. H. 387 occurrunt; qua de causa tertio saeculo exeunti tribuendus est; cf. adnot. ad D. I. 3718. De tempore tituli P. H. 387 iam supra ad P. H. 368 verba facta sunt. Titulum P. H. 388 aliquanto antiquiorem esse titulo P. H. 368 apparet ex nomine quod in utroque occurrit; Νοσσύλος Πολυμνάστου 388. 4 videtur esse pater Πολυμνάστου τοῦ Νοσσύλου 368 III. 71. cf. adnot. ad D. I. 3709. Tempus tituli 404 a et b ea re definitur, quod nomina Ἑρμίας καὶ Θεύδωρος Ἐμμενίδα P. H. 404 b. 3 seq. etiam occurrunt in titulo 10 b. 57, Θεύδωρος Ταχίππου 404 b. 7 etiam 368 VI. 1; cf. adnot. ad D. I. 3735. Catalogum P. H. 405 eidem tempori tribuendum esse, cui P. H. 368, apparet ex nomine Ἀριστόβουλος Ἀριστοβούλου ματρὸς δὲ Ἀναξιπόλης 405. 13 seq., quod etiam occurrit P. H. 368 I. 22; cf. adnot. ad D. I. 3734. Hucusque de his titulis.

Initio alterius a. Chr. n. saeculi tribuendus est titulus P. H. 128, qui est conscriptus in honorem T. Quincti Flaminini, qui bellum contra Philippum V. regem Macedoniae gessit eumque apud Cynoscephalas devicit.

Magni momenti est titulus Cous anno 1891 in hac insula inventus; exhibet legem sacram. Ediderunt eum Kontoleon Ath. Mith. 16. pag. 409 seqq. et Th. Reinach, Revue des études grecques 4. pag. 359 seqq. exemplari nondum ectypo chartaceo nisi. Tractavit eum accuratissime Johannes Töpffer Ath. Mith. l. c.; idem homo doctus de quibusdam locis corruptis huius tituli disseruit atque novo exemplari nisus quosdam locos emendavit Bull. de

corr. hell. 16 p. 162 seqq. Recepit eum inter titulos Coos Bechtel D. I. 3532. Valde dolendum est, quod emendationes, quas dat Th. Reinach, Revue des études grecques 5. p. 253 1892 Bechtelium fugerunt, cum Th. Reinach ectypo chartaceo nisus multos locos huius tituli emendaverit; in indice mendorum emendationibus eius usus sum; cf. pag. 25. seqq.

Tempus huius tituli Töpffer l. c. ex ipso titulo ferme definivit. Qua cum in inscriptione instituatur, ut qui sacra offerre iussi sint, ea offerant Ποτειδᾶνι καὶ Κῶι καὶ Ῥόδωι id est Neptuno et heroinis vel nymphis insularum Coi et Rhodi, Töpffer hac ex Rhodi commemoratione collegit Coos tunc in potestate atque dicione Rhodiensium fuisse, cum nymphae huius insulae sacra oblata sint; cf. Töpffer l. c. p. 425. Qua de potestate sane nihil certi scimus, sed verisimile tempori ab anno 189 ad annum 167 a. Chr. n. tribuenda est, cum anno 189 Romanos Rhodiensibus pro auxilio in bello gesto cum Antiocho rege allato gratias egisse eosque imperio Lyciae Cariaeque donavisse satis cognitum sit. Tum autem etiam Coorum rem publicam in potestatum Rhodiensium venisse Töpffer putat. Cum autem Rhodienses bello Persico ancipites se praeberent Romanisque bellum minitarentur, nisi pacem cum Perseo rege facerent, iis bello Persico perfecto ab Romanis imperium Lyciae Cariaeque rursus ademptum est. Tum etiam Coorum rem publicam libertatem rursus consecutam esse verisimile est. Quibus ex causis allatis hanc inscriptionem, in qua Rhodi nymphae sacra instituta sint, ad hoc tempus inde ab anno 189 ad annum 167 referendam esse Töpffer sagacissime coniecit.

Titulum P. H. 43, in quo pompae in honorem regum Pergamenorum Eumenis et Attali in insula Co factae commemorantur, editores morte regis Attali II. a. 138

antiquiorem esse existimant; certe anno 133, quo Attalus III. mortuus est et regnum Pergamenorum in potestatem Romanorum venit, prior est. Sermonem hic titulus exhibet eo modo mixtum, ut nomina mensium Δάλιος, [᾿Αρτα]μίτιος et dierum festorum [Ποτ]ειδάνια formas Doricas, vocabula πομπή, βουλή, Μουσῶν formas vulgares habeant. Titulum P. H. 73, in quo commemoratur Ptolemaeus quidam rex, soror eius Cleopatra atque uxor eius Cleopatra editores ad annos 127 — 117 referunt putantes regem esse Ptolemaeum VII. Euergetem II. Physconem 146 — 116; hic titulus exhibet sermonem vulgarem cum non in insula Co sed Alexandriae in lapidem incisus esse videatur; donatur Hiero Cous, qui de liberis regis educandis bene meruit corona aurea. Quo ab titulo plane non separari potest titulus P. H. 74; regem Ptolomæum in hoc titulo commemoratum esse Ptolemæum XI. Auletem 65 — 56 editores existimant; etiam hic titulus sermonem vulgarem exhibet atque aliunde importatus esse videtur, cum in eo nomina propria certe non Coa occurrant.

3.

Postquam titulos Coos tertii atque alterius saeculi, quorum tempus ex rebus nominibusque in iis commemoratis definiri potest, perlustravimus, nunc de dialecto eorum et de reliquis huius aevi titulis, quorum tempus solum ex litteratura atque ex dialecti habitu definiri possit, videndum est.

Quarto a. Chr. n. sæculo tribuendi sunt tituli P. H. 37 — 42, quae fragmenta eiusdem magnae inscriptionis, in qua sacra in omnes anni dies relata fuerunt, esse videntur. Quod attinet ad Doridem horum titulorum solum in iis stirps ἱαρο —, cui iam huius stirpis forma vulgaris ἱερο — intermixta est et vocabulorum in — ευς dativus

sing. in — ηι et nominatious plur. in — ης ex ηϝες occurrunt, quae formae in titulis Cois tertii saeculi apparere desiverunt. Titulos parvulos P. H. 53, 420 et 431 etiam ad quartum saeculum pertinere solum ex litterarum formis satis antiquis concludi potest.

Deinde ad titulos tertii atque alterius a. Chr. n. saeculi accedentes videmus non facile ex dialecti habitu tempus horum titulorum definiri posse. Comparatione tituli D. I. 3611, qui ad annum circiter a. Ch. n. 305 pertinet, cum titulo P. H. 367, quem exeunti tertio saeculo supra tribuimus, apparet Doridis habitum in his duobus titulis plane eandem esse. In utroquo titulo eodem modo occurrit ᾱ pro η, ᾱ ex ᾱο scil. ᾱω in genet. sing. masculinorum in — ας et femininarum in — α orta; εο contrahitur in ευ, tertia persona plur. temporum primariorum exit in — ντι, tertia plur. imperativi in — ντω; articuli forma est τοί ταί. Etiam titulus D. I. 3632, quem annis 189 — 167 attribuimus, plane eandem Doridem exhibet; solum ea res, quod i subscriptum aliquoties omissum est confirmat hunc titulum ad alterum saeculum pertinere. Ex formis vulgaribus, quae in quibusdam titulis Doridem exhibentibus occurrunt certum de aetate iudicium ferri non potest; videmus e. g. in titulo P. H. 10, quem anno circiter 200 tribuimus occurrere bis formam articuli vulgarem οἱ 10 b. 42 et d. 64, cum titulus recentior D. I. 3632 solum formam Doricam τοί exhibeat. Quibusdam in titulis ex assimilatione litterae ν in articulo et vocabulis ἐν et μέν ante consonas gutturales et labiales iudicium de aetate titulorum ferri potest. Persaepe autem tempus titulorum solum ex litteratura definiri potest.

Iam primo loco eos titulos Coos tertii saeculi affero, qui ad dialectum explanandam alicuius momenti sunt. D. I. 3612 et 3619; P. H. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 33, 149,

150, 349, 369, 383, 384, 385, 386, 401, 402, 403. Ad alterum a. Chr. n. saeculum pertinere videntur tituli D. I. 3614 et 3617; P. H. 27, 28, 29, 30, 34, 35, 36, a et b, 47, 49.

Non nego tempus nonnullorum horum titulorum minime certum esse, sed haec fere dici possunt omnes, quos attuli, titulos ad tertium vel alterum saeculum pertinere.

Cum omnes tituli, de quibus hucusque verba facta sint exceptis P. H. 43, 73 et 74, Doridem exhibeant, nunc de titulis Cois tertii alteriusque saeculi, qui sermone vulgari compositi sunt, videndum est. In his primo loco commemorandus est P. H. 36, qui exstat in marmore quattuor lateribus inscripto; latera a et b litterarum formas paulo antiquiores ostendunt atque dialecto Dorica composita sunt; latera c et d formas recentiores atque sermonem vulgarem exhibent paucis vocabulis exceptis. Pro α longa semper invenitur η et in interiore parte verborum exempli gratia στήλῃ d. 23, ἡμερ[αις] c. 22, et in terminationibus e. x. gr. ἀποθήκῃ c. 12. Tamen α longa servata esse videtur in voce [ ]ργαν d. 44; ante has quattuor litteras quatuor desunt et Paton legit [ἀλου]ργάν, quod bene se habet, cum de veste agatur; dicit Diomedon quidam de se: ἀνέθηκα καὶ χλανίδ[α ἀλου]ργάν; deinde α occurrit in ἕ[κ]αστᾱν c. 7. Vestigia Doridis etiam occurrunt in genet. τεμένε[υς] c. 3, [τε]μένευς c. 12, Ἡρακλεῦς d. 16 et in imperativis παρεχόντω d. 34. et θυόντω d. 40. Commemorandum est hac in inscriptione sermonem vulgarem exhibente occurrere futuri formam vulgarem παρασκευᾶτε d. 2 cf. §. 26.3 et pro χρῆσθαι formam χρᾶσθαι c. 8 et 12, χράσθω c. 29, cum in titulis Doridem exhibentibus semper forma χρῆσθαι inveniatur. Quam formam apud Herodotum occurrentem sermo vulgaris ex dialecto Jonica recepisse videtur. De hac re

cf. Meisterhans, Gramm. d. att. Inschr.[2] p. 139; dicit formam χρᾶσϑαι occurrere inde ab inito alterius a. Chr. n. saeculi atque primum inveniri in titulo exstante in Ath. Mith. 9. p. 289. 24 χρᾶ[σϑαι]. Ad alterum a. Chr. n. saeculum etiam partes c et d inscriptionis P. H. 36 referendas esse puto, cum in iis ι subscriptum semper locum suum retineat neque umquam omittatur neque falso loco adscribatur.

Deinde sermonem vulgarem exhibet titulus P. H. 8, qui et ipse ad alterum saeculum pertinet. Exstant βέβηκεν v. 4 et 5, χαλκήν at forma Dorica ἁμῶν v. 5.

4.

Ad tempus inde ab anno 140 a. Chr. n. circiter, quo titulum P. H. 43 tribuimus, usque ad aevum Augusti imperatoris nullus titulus Cous referri potest excepto titulo P. H. 74, qui non ad Coam insulam sed ad Alexandriam pertinet. Qua de causa de litteratura atque de dialecti habitu huius aevi nihil scimus. Fortasse ad hanc aetatem pertinet titulus P. H. 13, qui quod ad litterarum formas attinet saeculo altero recentior tamen aevo imperatorum prior esse videtur.

Iam ad titulos Coos aevi imperatorum accedamus, quorum magnus numerus nomina aliunde cognita exhibet.

Primo loco commemorandi sunt tituli P. H. 76—80 subscriptiones statuarum Niciae, qui altera primi a. Chr. n. saec. parte Coorum tyrannus fuit. Omnia de eo testimonia collegerunt P. H. introd. p. XL; maximi momenti id est quod dicit Strabo XIV. p. 658. 'καὶ καϑ' ἡμᾶς Νικίας ὁ καὶ τυραννήσας Κώιων. Hoc loco quaedam dicenda sunt de titulo P. H. 9; Newton, qui primus eum edidit I. B. M. 337 putat Νικίαν Νικίου qui v. 7 commemoratur esse tyrrannum Coorum; haec inscriptio igitur tempori Au-

gusti imperatoris attribuenda esset. Quam Newtonis sententiam iam Paton rejecit dicens Niciam in titulis P. H. 76—80, qui in honorem Niciae tyranni certe positi sunt non filium Νικίου sed filium populi υἱὸν τοῦ δάμου appellari; qua de causa alium Niciam in hoc titulo commemorari statuit. Majoris mihi momenti id esse videtur, quod litterarum formae non patiuntur titulum P. H. 9 aetati Augusti tribui.

In honorem Augusti imperatoris compositi sunt tituli P. H. 81—83. Ad idem tempus pertinent tituli P. H. 344, decretum in honorem Isidori medici cuiusdam et P. H. 104 et 105; hi tituli sunt subscriptiones statuarum victoribus quibusdam — nomen in utroque titulo non exstat — positarum; cum in titulo P. H. 104 C. Caesar qui anno p. Chr. n. primo proconsul in Asiam venit commemoretur, intellegitur ad hoc tempus hanc inscriptionem referendam esse; P. H. 105 ad idem fere tempus pertinet. P. H. 75 conscriptus est in honorem Herodis tetrarchae.

In titulo P. H. 391 Caligula imperator commemoratur.

Aesculapium Caesarem (Ἀσκλαπιός Καῖσαρ) in titulo P. H. 130 commemoratum esse Claudium imperatorem ex titulo P. H. 92, qui subscriptio statuae Aesculapio Caesari a C. Stertinio Xenopositae esse videtur, apparet. Quem cum C. Stertinium Xenophontem medicum Claudii imperatoris fuisse satis constet, facile apparet Claudium hoc nomine significari. cf. Dubois, Bull. de corr. hell. V. p. 468—476 Un médecin de l'empereur Claude. Σεβαστὰ Ῥέα in titulo P. H. 119 commemorata videtur esse Agrippina uxor Claudii. cf. P. H. pag. 148. Decretum in Claudii honorem est P. H. 393. In titulis P. H. 46, 84—93 et 345 occurrit nomen C. Stertinii Xenophontis medici Claudii supra commemorati. P. H.

94 subscriptio statuae Tiberio Claudio Cleonymo fratri C. Stertinii Xenophontis ab uxore positae esse videtur. Deinde ad hoc tempus pertinet titulus P. H. 106 in honorem Tib. Claudii Alcidami Juliani, qui etiam in titulo P. H. 46 commemoratur, positus. Quo cum titulo nominibus in iis commemoratis conjunguntur tituli P. H. 103 et 135.

P. H. 373 est decretum in honorem Neronis, P. H. 410 in honorem Vespasiani; anno p. Chr. n. 74. positum esse apparet ex vocibus 'ὕπατον τὸ πέμπτον' v. 4. In eodem lapide ac P. H. 410 exstat P. H. 409 in honorem Satyri medici cujusdam compositus. Iam homo doctus Rayet, Mémoire sur l'île de Cos putavit titulum P. H. 409 aliquanto antiquiorem esse, cum non sit verisimile, quod ex basi statuae imperatoris basis statuae hominis privati facta sit.

Alteri p. Chr. n. saeculo tribuendos esse titulos P. H. 95–97 compositos in honorem viri Romani M. Aelii Sabiniani Aelio ex nomine apparet.

In titulo P. H. 415 Antoninus Pius, P. H. 101 Marcus Aurelius et Lucius Verus, P. H. 100 Caracalla et P. H. 99 et 413 Geta commemorantur.

Alteri alterius p. Chr. n. saeculi parti tribuendum esse titulum P. H. 102 Sempronio Sallustio positum ex nomine Aurelii Aristionis apparet. Ad idem tempus pertinent P. H. 392 Aurelio Aristaichno gymnasiarcho positus et P. H. 394 in honorem hominis cuiusdam Aurelii Rufi conscriptus.

Quorum titulorum maximam partem parvulorum si ad sermonem propius accedimus, plane omnes Doridem exhibere videmus. Sermonem vulgarem sine ullis formis Doricis exhibent solus P. H. 75 Herodi tetrarchae a Philone hospite et P. H. 94 Tib. Claudio Cleonymo ab uxore positus et P. H. 103, cuius origo incerta est. De

titulis P. H. 99—101 et 415 iudicium ferri non potest, cum α vel η in iis non occurrat. Reliqui tituli omnes Doridem exhibent vel certe sermonem vulgarem formis Doricis intermixtam. Titulus P. H. 102 sermone vulgari compositus est praescripto ἁ βουλὰ καὶ ὁ δᾶμος et forma ἐτείμασαν exceptis; titulus P. H. 410 exhibet dedicationem ὁ δᾶμος ὁ Ἰσθμιωιτᾶν et in tituluo P. H. 345 sermone vulgari composito exstant formae τιμαθέντα v. 8 et δάμου v. 10.

Si ad eos spectamus, qui hos titulos ponendos curaverunt videmus plane omnes titulos Doridem exhibentes ab re publica constitutos esse. In titulis P. H. 76—80, 74—91 et 95—98 nomina eorum, qui has inscriptiones scribendas ponendasque curaverunt non afferuntur. Quibus cum in titulis Niciae, Xenophonti, Aelio Sabiniano nomen εὐεργέτας τᾶς πατρίδος detur, apparet eos ab senatu populoque Coorum positos esse. Sed bene Paton monet inscriptionis eiusdem plura exempla — tituli P. H. 76—80, 84—91 et 95—97 inter se plane eadem vocabula exhibent — in publico posita fuisse non verisimile esse. Quae quamquam ita se habere posse Patoni viro docto concedo, tamen ex ea re, quod hi tituli omnes Doridem omnesque eadem vocabula exhibent, apparere videtur omnes hos titulos ex praescripto publico descriptos esse. Nam titulis non publicis aevo imperatorum Doridem perraro usurpari ex sescentis testimoniis intellegitur.

Videmus igitur Coos in titulis publicis primi, alterius atque etiam tertii p. Chr. n. saeculi Doride usos esse, cum in titulo P. H. 413 in honorem Getae imperatoris composito vocabula ὁ δᾶμος ὁ Ἰσθμιωτᾶν occurrant. Est fucus quidam Doricus arte et consilio servatus, qui ab sermone vulgari plane solum ea re distat, quod α longa pro η locum suum tenet, cum omnia alia Doridis

insignia in sermonem vulgarem abierint. Legimus ex. gr. in titulis Doricis Δαλιοκλέους P. H. 344.4, Θεμιστοκλέους P. H. 409.9, πόλεως P. H. 95.6, 96.6 et 97.6, cum tituli P. H. 76—80 in honorem Niciae composite etiam formam πόλιος exhibeant. Deinde in his titulis Doricis omnia sermonis vulgaris huius aevi insignia occurrunt; ι subscriptum omittitur atque falso loco adscribitur et ει pro ῑ, ῑ pro ει scribitur plane eodem modo atque in titulis vulgaribus. Commemorandum est nos tempus duorum titulorum Doridem exhibentium P. H. 115 et 116 non ex Doridis habitu sed ex insigni sermonis vulgaris peculiari definire posse; sunt publicae laudationes duarum mulierum inter se simillimae. Exstat enim in titulo P. H. 115. 2 nomen Ἀναξίκλῃαν pro Ἀναξίκλειαν; η pro ει ante vocales solum inde ab anno a. Chr. n. fere 50. usque ad annum fere 50. p. Chr. n. occurrere satis constat. cf. §. 4. 2.

Sermonem vulgarem exhibent hi tituli Coi aevi Romani P. H. 108, 120, 129, 131, 141, 381, quorum solum P. H. 108 et 120 ab senatu populoque Coorum constituti sunt.

5.

Plus dimidio omnium titulorum in insula Co exstantium sunt tituli sepulcrales scil. P. H. 155—325 ter apud urbem inventi et sexaginta tres ex pagis Cois collecti. Maximam partem eorum aetati Romanae tribuendam esse ex nominibus Romanis, ex litterarum formis atque ex dialecto apparet. Ad rationem melius explanandam affero eos titulos sepulcrales oratione soluta compositos in quibus formae Doricae occurrunt; titulos aetate Romana antiquiores asterisco notavi. P. H. 155, 156, 157, 158, 165, 167, 183, 184, *185, 196, 208, *210 *217, *227, *228, *229, 265, *267, *271, 288, *304,

*314, 327, 328, 333, 336, 341, *342, 351, 353, *354, *375, 376, *377, *378, 397, *400, 416, *417, 425, 427, *428, *429, 430, *431, *434. Sed etiam in nonnullis horum titulorum formas linguae vulgaris invenimus. In omnibus reliquis titulis sepulcralibus aut formae, ex quibus diiudicari possit, non exstant aut ad sermonem vulgarem pertinent. Qua ex re optime apparet dialectum Doricam aetate imperatorum Romanorum e consuetudine populi Coi evanuisse atque lingua vulgari suo loco motam esse.

6.

Ex titulis Cois versibus compositis novem scil. P. H. 58, 137, 198, 218, 335, 343, 350, 418 et 419 disticha elegiaca, duo P. H. 322 et 325 trimetros iambicos exhibent. Quod attinet ad sermonem horum titulorum, P. H. 58, 335, 343 et 418 dialectum Jonicam, P. H. 198, 218 et 418 sermonem valde permixtam exhibent. In titulo P. H. 198 occurrunt formae τάνδε v. 1, κουφήν v. 1; in titulo P. H. 218 legimus formas Doricas λαλεῦ[σ]α v. 4, 'Αΐδα v. 9, Κλευμαχίδος v. 10., formas Ionicas π[έ]τρη v. 4, κοῦρον v. 10, formas epicas 'Αΐδαο v. 3, εἰν v. 3, φθιμένοισι v. 6; P. H. 419 exhibet Doridem excepta forma γηραλέην v. 6. Etiam P. H. 137 magnam partem deletus solum formas Doricas exhibet. Qui cum tituli omnes aevo Romano priores esse videantur, titulus P. H. 350 ad tempus recentius pertinet; quamquam in eo viri bello contra Athenienses gesto de patria bene meriti laudari videntur tamen, quod ad litteras atque ad dialectum attinet — i subscriptum vocabuli νάσω v. 2 omissum est — ad aetatem multo inferiorem referendus est. Paton sententiam profert hos versus pertinere ad monumentum virorum bello Peloponnesiaco vel bello quod Athenienses annis 357—55 a. Chr. n. cum sociis gesserunt occisorum. Quae si ita se habent, colligendum est

inscriptionem huius monumenti aetate imperatorum renovatam esse.

Ex titulis versibus trimetris compositis titulus P. H. 322 sermonem vulgarem, P. H. 325 sermonem mixtam exhibet; exstant in eo formae Doricae τᾶς v. 1, Κοϑαίνας v. 1, τᾶν v. 2, ποϑεινάν v. 2, Φιλωνίδας v. 3 Μοιρᾶν v. 6; contra ἡμέρα v. 6, ἄζηλος v. 9, σημεῖα v. 12 ἦν v. 12. Etiam hic titulus aevo Romano prior est.

7.

Denique restat ut menda, quae in titulis Cois exstant uno loco collecta afferam, cum ex mendorum catalogo bene perspici possit, quae fides titulis habenda sit.

1) Menda orta ex immutatione litterarum forma inter se similium.

ΑΣ pro ΛΕ occurrit in [Αρι]στοκασυς pro Ἀριστοκλεῦς P. H. 161.3.; Β pro Ρ in Αἴσ[χ]ρας P. H. 368 VIII. 80, Ενβαϑριχοῦ P. H. 360.9, Γ pro Π in στέγτει pro στέπτει P. H. 37. 39; Δ pro Λ in Δεκίππου pro Λευκίππου P. H. 10 b. 2, Λυκδιϑ[ης] pro Λυκαίϑ[ης] P. H. 368 VI. 54, Κοίδιος pro Κοίλιος P. H. 62. 2.; Ε pro Σ δεεποτη pro δεσπότη P. H. 360. 8; Θ pro Ο νησσου P. H, 418. 1, ὅρος P. H. 161. 1; Λ pro Α. Locum ἔτος ἐφ' οὗ κλέωντι Καρνεῖαι P. H. 38, 11, 15 et 22, de quo hucusque dubitatum est optime emendaverunt Prott et Ziehen, Leges Graecorum sacrae I. p. 25 scribentes ἔτος ἐφ' οὗ κα ἕωντι Καρνεῖαι; Ἀγαλου pro Ἀγλάου P. H. 10 c. 50. Δαμαγόρας pro Δαμαγόρας P. H. 10 c. 34. μ pro ω scribitur in ἀμεμπτμς pro ἀμέμπτως P. H. 310. 3; hoc mendum ea re explanatur, quod littera ω in hoc titulo formam litterae μ inversae Ш habet; Ο pro Θ occurrit in βοηϑεῖν P. H. 36 d. 26; ἠριϑμήσαντο P. H. 129.10, ἰχϑύσιν D. I. 3632. 12.

2) Menda orta ex omissione litterarum.

κα pro καί D. I. 3619. 9. ἀλαν pro ἄλλαν D. I. 3632. 11, δραμαν pro δραχμᾶν D. I. 3632. 30, ὁσσι pro ὅσσοι D. I. 363 2. 18 exstat in apographis; at cf. Th. Reinach, Revue des étud. Grecq. 5. p. 253 qui nos docet in ectypo chartaceo exstare ὅσσοι; ταυα pro ταῦτα D. I. 3632. 12; ἐνπετοτων pro ἐνπετόντων P. H. 5. 5, Νικιανικιου pro Νικίαν Νικίου P. H. 9. 8, ἀρεϑεν[τες] pro αἱρεϑέν[τες] P. H. 9.13, Καλλιανκτος pro Καλλιάνακτος 10 c. 81, [γυ]νακός pro [γυ]ναικός P. H. 10 b. 74; Σωσιτρατος pro Σωσίστρατος vel Σώιστρατος P. H. 10 d. 63; αἱρέσϑω pro αἱρείσϑω P. H. 37. 41, συνβωμος pro συνβώμοις P. H. 64. 4, τοισυνβωμος pro τοῖς συνβώμοις P. H. 64. 4, Παχωνος pro Παχώνιος P. H. 188. 3, Πολυνικο pro Πολυνίκου P. H. 225. 1, Τεβεριου pro Τειβερίου P. H. 250. 5 non cum Patone pro mendo habendum est; cf. §. 1, 2, Κοιτου pro Κοΐντου P. H. 250. 9, Γληνου pro Γαλήνου P. H. 288. 5, Νκοστρατου pro Νικοστράτου P. H. 387. 22, [ἀ]ρχερεω[ς] pro [ἀ]ρχιερέω[ς] P. H. 395. 3, 'Εμενίδα pro 'Εμμενίδα P. H. 404 b. 4.

3) Menda orta ex adjectione litterarum. σκανοπαγείσϑων pro σκανοπαγείσϑω vel — ϑωι D. I. 3632. 1, Χαιρεαςς pro Χαιρέας P. H. 10 c. 60, ἀποδοντω το ται pro ἀποδόντω ταῖ P. H. 37. 26; ἐς[ς] 'Αλκηΐδας P. H. 37. 60 at ἐς Σαλκηΐδας Prott et Ziehen, Leg. Graec. sacr. I. p. 21; τον pro τό P. H. 131. 5, οἶδε ει εισηλϑον pro εἰσῆλϑον P. H. 46 a. 11, τατας pro τᾶς P. H. 368 III. 70.

4) Menda orta ex immutatione vocalium longarum breviumque.

In numero mendorum affero exempla huius rei in titulo P. H. 3632 exstantia cum Th. Reinach, Rev. d. et. Grecq. 5. p. 253 nos doceat formas litterarum ω et ο fere non inter se differre. cf. §. 3.

ἀλφιτον pro ἀλφίτων D. I. 3632. 5. ἐχοντοι pro ἔχωντι D. I. 3632. 9 apographa; at Reinach l. c. ἔχωντι.

λιβανοπολαν pro λιβανοπωλᾶν D. I. 3632. 15, εσπριον pro ὀσπρίων D. I. 3632. 15; τοι pro τῶι D. I. 3632. 17. Etiam pro mendo habendum est βωμοι pro βώμωι P. H. 36 a. 29, cum in titulis Cois alterius saeculi haec immutatio nondum occurrat.

5) Menda orta ex permutatione consonarum similium.

παραδοζου pro παραδόξου P. H. 129. 2, τετευκε pro τέτευχε P. H. 137. 5; Εβικαρπί[ου] pro Ἐπικαρπί[ου]. P. H. 276. 1.

6) Menda varia.

οἰκοπεδων pro οἰνοπέδων D. I. 3632. 8, αμπελοσταυευντων pro ἀμπελοστατεύντων D. I. 3632. 9. cf. Reinach l. c., Λατρικον pro ἰατρικοῦ D. I. 3632. 16. ΚΑΙΝΟΙ D. I. 2632. 21 apographa; at Reinach ΚΑΙΠΟΙ pro καὶ τοί; Κοτοιδανι D. I. 3632. 17, Ποτηδανι D. I. 3632. 19, Ποτοιδανι D. I. 3632, 24, 27 et 31 apographa; Reinach l. c. docet ubique in ectypo charthaceo exstare Ποτειδᾶνι; [τ]οῦτοι D. I. 3632. 28 Bechtel scribit; Reinach l. c. ex ectypo chartaceo τοῦτοι. cf. § 31. 3. Εὐτιριδα pro Εὐτηρίδα P. H. 10 d. 63. cf. Blass, Ausspr. d. Griech.[3] p. 37 et Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] p. 15, qui docent η in ι non ante alterum aevi imperatorum saeculum commutari in titulis omniaque quae priora esse videantur testimonia spuria esse. τελεζο[μέ]ναις pro τελεσο[με]ναις P. H. 27. 60; ηὐτῶν P. H. 37. 44 bene se habet neque cum Müllensiefenio D. I. 3636. 44 in αὐτῶν commutandum est. cf. § 31. 2 et § 2. 2. B II. ΗΠΚ . ΑΙΩΝ pro Θηκαίων P. H. 161. 3; Φιληστος pro Φίλιστος P. H. 304. 1; cf. quae docui supra de Εὐτιριδα pro Εὐτηρίδα; ἤπιον pro ἤπιος P. H. 322. 8; μεν pro μευ P. H. 324. 4; Εὐφμοσυνη pro Εὐφροσύνη P. H. 360. 1. συνοικνσασα pro συνοικήσασα P. H. 360. 3, ματορς pro ματρός P. H. 368 II. 58; σαλαιδια

P. H. 369. 4 in σιαλίδια commutare vult Paton; quam conjecturam rejecit Müllensiefen D. I. 3707 adnot., cum de sacrificio Veneri offerendo agatur neque aliunde cognitum sit Veneri porculos immolatos esse. Σωσταατου pro Σωστράτου P. H. 400. 2; δαμο ΠΕΒΑΕΤΟΙΣ pro δᾶμος Σεβαστοῖς P. H. 412; ΠρωτιωΓος pro Πρωτίωνος P. H. 417. 3.

Caput I.
De Vocalibus.

§ 1.
De vocalibus brevibus.

1. α.

cf. Ahrens, de dial. Dor. p. 113 seqq. Agitur de vocabulis, in quibus dialectus Dorica α brevem exhibet, ubi aliae linguae Graecae dialecti ε brevem habent.

Initium capiatur ab Ἄρτεμις nomine deae. Forma Ἄρταμις forte in titulis Cois non occurrit; legimus solam formam vulgarem Ἄρτεμιν P. H. 372 in titulo recentiore. Ex deae nomine autem derivatum est nomen mensis Ἀρταμίτιος P. H. 34. 30 et 382. 2. Vulgarem nomini deae formam etiam exhibent nomina propria, in quibus primo loco nomen deae invenitur; Ἀρτεμίδωρος P. H. 10 a. 61 et bis.

ἅτερος P. H. 37. 49, ἅτερον P. H. 38. 11 et quater in eodem titulo, ἁτ[έρους] P. H. 37. 49; de origine huius α cf. G. Meyer, Griech. Gramm.[2] p. 37. seq. qui dicit vocalem α in ἅτερος eodem modo ac in ἁπλοῦς et ἅπαξ ex *sm̥* ortam esse atque ε formae ἕτερος vocali ε vocabuli εἷς assimilem factam esse.

ἱαρός, ἱερός et vocabula derivata. Haec vocabula α brevem exhibent nusquam nisi in titulis P. H. 37—40,

quos fortàsse partes unius magnae inscriptionis esse atque ad exitum quarti a. Chr. n. saeculi pertinere supra docui. Exempla exstant haec: ἱαρεύς P. H. 37. 51 et octies, ἱα[ρεύ]ς P. H. 37. 39, ἱα[ρεῖς] P. H. 39. 7, ἱαρε[ιᾶν] P. H. 40 a. 15, ἱαροποιοί P. H. 37. 40, ἱαροποιῶν P. H. 37. 42, ἱαροποι[ούς] P. H. 37. 39. ἱαρεωσύναν P. H. 40 a. 11; sedecies α brevis exstat. Quod ad ε attinet, exempla leguntur haec: formas singulas vocabulorum ἱερός et ἱερεύς singulatim afferri necesse est.

ἱεροῦ P. H. 367. 16 et semel, ἱερῶι P. H. 1. 15 et ter, ἱερόν P. H. 53. 2, ἱερῶν P. H. 36 a. 7 et sexies, ἱερο[ύς] P. H. 369. 10, ἱερά P. H. 349. 1 et semel, ἱεράν P. H. 42 a. 6 et bis, ἱεράς P. H. 29. 9 et semel, ἱερά P. H. 34. 10 et vicies. — ἱεροκᾶρυξ P. H. 5. 19, ἱεροποιός P. H. 37. 5 et sexies, ἱεροταμίας P. H. 383. 5, ἱεροταμιεύω P. H. 345. 16. — ἱερεύς P. H. 37. 9 et decies, ἱερέως D. I. 3619. 8 et novies, ἱερῆι P. H. 37. 50 et semel, ἱερῆ P. H. 28. 5 et semel, ἱερέα P. H. 106. 4 et semel, ἱερεῦσι P. H. 384. 16. — ἀρχιερῆ P. H. 410. 2, ἀρχιερέα P. H. 345. 14. — ἱερωσύνα P. H. 27. 7 et novies. — ἱέρεια P. H. 27. 22 et sexies, ἱερῆ P. H. 386. 9, ἱερεῖον P. H. 35. 4 et quater, ὑφιέρεια P. H. 27. 68 et semel, ἱερᾶσθαι P. H. 27. 25 et semel, ἱερόω P. H. 386. 1 et semel, καθιερόω P. H. 363. 4 et septies, ἀνιέρωσις P. H. 129. 7, ἱερατεύω P. H. 417. 3. — Ἱεροκλῆς P. H. 10 b. 18 et quinquies, Ἱέρων P. H. 10 b. 63 et decies. Exstant in titulis Cois centum quadraginta exempla stirpis ἱερ —.

Iam ad singulos titulos accedamus! In decretis senatus populique Coorum stirpis forma ἱαρ — non legitur; in titulo publico antiquissimo D. I. 3611 vocabulum excidit atque in titulo et ipso satis antiquo P. H. 1. 15 legimus formam ἱερῶι. Forma ἱαρ- solum invenitur in titulis ad res sacras pertinentibus P. H. 37—40, qui ad

exitum quarti a. Ch. n. saeculi pertinent. In his titulis formae ἱαρ-et ἱερ-hanc inter se rationem habent; in titulo P. H. 37. α in stirpe vocabuli ἱερεύς occurrit ter, ε novies, in vocabulo ἱεροποιός α ter, ε quater; in titulo P. H. 38 stirps ἱαρ-occurrit quater ἱερ-numquam. Videmus igitur ex titulo P. H. 37, qui maximi est momenti, cum sit longe amplissimus horum quattuor titulorum, stirpem ἱαρ-nusquam nisi in vocabulis ἱαρεύς et ἱαροποιός inveniri, sed etiam his in vocabulis stirpem sermonis vulgaris ἱερ-praeponderare. In titulo P. H. 38 forte stirps ἱερ-non occurrit. Quibus ex rebus colligi potest stirpem ἱαρ-anno circiter a. Chr. n. trecentesimo in titulis Cois apparere devisse.

Quod ad causam mutationis vocalis α in ε pertinet, Osthoff, Morph. Unters. 4. p. 151 sententiam profert adjectivum ἱαρός analogiam adjectivorum in-ερος exempli gratio φοβερός secutum esse. Ad hanc, quam probo, sententiam haec afferenda habeo: in titulo P. H. 37. 51 legimus verba ἱερὰ ἱαρεὺς παρέχει et P. H. 38. 4, 7 et 16 θύει ἱαρεὺς καὶ ἱερὰ παρέχει atque ex reliquis exemplis apparet adjectivum ἱερός numquam in titulis Cois α exhibere. Fortasse hac ex re, quod in titulis Cois stirps ἱαρ-semper ante ο et ε, numquam ante α occurrit, concludi potest mutationem litterae α in ε ortam esse iis in formis, ubi α vocalis stirpem ἱαρ-secuta sit atque primum formam *ἱαρά etc. in ἱερά, deinde etiam reliquas adjectivi formas commutatas esse. Utut id se habet, ex ea re, quod in titulis Cois solae formae ἱαρεύς, ἱαροποιός, ἱαρεωσύνα inveniuntur fortasse colligi potest commutationem ortam esse in adjectivo ἱαρός.

De forma genuina vocis ἱαρός cf. G. Meyer, Griech. Gramm.[2] p. 109. seq. et Brugmann, Grundriss d. vergl. Gramm. I. p. 231. Primariam Graecae linguae formam fuisse *ἴσαρος atque σ inter duas vocales excidisse ap-

paret ex voce Sanscrita iṣiras. De origine vocalis α autem homines docti inter se discrepant. G. Meyer l. c. dicit α vocis Graecae et ι vocis Sanscritae orta esse epenthesi id est interpositione vocalis inter consonam explosivam et liquidam formamque genuinam esse *isəros. Brugmann l. c. putat vocabula ἰαρός et iṣiras orta esse ex forma genuina *isṛros fissione ṛ sonantis in ṛr ante vocalem; ṛr in lingua Sanscrita in ir, in lingua Graeca in αρ transire aliis testimoniis satis constat. Non nego Brugmanni sententiam magis mihi arridere. Huctenus de hac re.

Vox κα invenitur P. H. 10 a. 17 et undetricies. cf. G. Meyer, Griech. Gramm.[2] p. 29, Osthoff, Perfect. p. 327 seqq.

τάμνεται P. H. 38. 20. cf. G. Meyer[2] l. c. p. 27. Quae verbi forma iam apud Homerum legitur. Deinde hanc verbi formam etiam in titulo Cretensi C. I. G. 2554 atque in tabulis Heracleensibus occurrere docet Ahrens, de dial. Dor. p. 117.

α pro ο occurrit in vocabulo πεντακάτιοι P. H. 367. 112. Exempla terminationis -κατιοι ex Doride contulit G. Meyer, Griech. Gramm.[2] p. 20. Formas in -κατιοι exeuntes antiquiores esse, quam formas in -κοσιοι, quae ex analogia formarum in -κοντα facta sint, docet Brugmann, Kuhns Ztsch. 24. p. 66.

2. ε.

ἔρσενι P. H. 41 a. 2; etiam in titulo P. H. 402. 8 hanc vocis formam in lapide infuisse ex litterarum vestigiis apparet: — ΡΣ[εν]Α; at ἀρσένα P. H. 401. 15 et 16; cf. G. Meyer, Griech. Gramm.[2] p. 34. Forma ἔρσην legitur apud Herodotum, in titulo Lesbico D. I. 293. 6 atque in lege Gortynia. Conjectari potest hanc formam ἔρσενι ex Iade in Doridem Coorum receptam esse. Quod

ad originem huius ε pro α pertinet Meyer l. c. sententiam profert syllabam ερ - in hoc vocabulo contra linguae Graecae legem ex r̥ sonante ortam esse. J. Schmidt, Kuhns Ztsch. 25 p. 23 putat paradigma genuinum *ἔρσων, *ἀρσενός etc. aliis in Graecae linguae dialectis alio modo aequatum esse.

De ε pro i latina, quae in transcriptione vocabulorum Latinorum in titulis Graecis non raro occurrit, optime egit atque ex natura i brevis linguae Latinae hanc scribendi rationem explanavit Dittenberger Hermes 6. p. 131 seqq.

Τεβερίου P. H 250. 5.

3. ι.

ι pro ε invenimus in vocabulo ἱστία P. H. 37. 20 et quinquies, Ἱστιαῖος P. H. 404 a. 9 et semel; at ἑστία P. H. 37. 48. Quae cum res praecipue in Iade occurrat, verisimile est has formas auctoritati dialecti Jonicae esse tribuendas. cf. G. Meyer, Griech. Gramm.[2] p. 69.

ι pro υ occurrit bis in titulis recentioribus: δυσαλικτ' P. H. 218. 9, Σινφέρου P. H. 202.

§. 2.

De vocalibus longis.

1. ᾱ.

A. ā genuina.

Doridis α longam, cui in dialecto Jonica η, in dialecto Attica η et α respondent, genuinam Graecae linguae esse vocalem comparatione linguarum satis constat. Invenitur α longa in stirpe vocabulorum et in terminationibus declinationis in α. In stirpe permultorum vocabulorum ᾱ rationem habet cum vocalibus ᾰ et ω, sed

exstant etiam permulta vocabula, ubi haec ratio nullo modo probari potest.

I. $\bar{\alpha}$ in stirpe vocabulorum.

ἁγέομαι: De etymologia huius verbi homines docti inter se certant; Curtius, Griech. Etymol.[4] p. 170 et 677 putat separari verbum ἡγεῖσθαι ab verbo ἄγω non posse. Lottner, Kuhns Ztsch. 5. p. 240 autem hoc verbum ab ἄγειν separat atque putat stirpem ἁγ-ἡγ- eandem esse quam invenimus in verbo latino sāgire ‚spüren, forschen' atque in sāgax. G. Meyer, Griech. Gramm.[2] p. 52 sententiam Lottneri probat atque dicit verbum ἁγέομαι α longam pro ω exhibere, cum ex stirpe *sāg - derivatum sit. Exempla in titulis Cois exstant haec:

ἐξαγεύμενος P. H. 367. 33. Deinde stirps ἁγε-, quae pertinet ad praesens ἁγέομαι et stirps ἁγησι - ad aoristum ἁγήσασθαι in permultis nominibus propriis occurrunt; cf. Bechtel und Fick, Griech. Personennamen.[2] p. 134.

Ἁγῆναξ P. H. 49 a. 4, Ἁγέ-πολις P. H. 368 I. 36 et bis, Ἁγίας P. H. 368 II. 19 et bis, Ἁγεμονίς P. H. 368 III. 47 et bis, Ἁγήτωρ P. H. 56. 3 et bis. — Ἁγήσ-ανδρος P. H. 328. 7 et semel, Ἁγήσ-ιππος P. H. 12 a. 13, Ἁγησι-κλῆς P. H. 368 V. 16 et sexies, Ἁγησι-κράτης P. H. 67. 1 et semel, Ἁγησί-νικος P. H. 368. V. 49 et semel, Ἅγησις P. H. 368 I. 4 et quinquies, Ἁγησίας P. H. 10 c. 4 et sedecies, Ἁγήσιον P. H. 368 VIII. 22 et semel.

Ἁλίη P. H. 368 I. 77 et quater Ἁλιόδωρος P. H. 50. 2.

ἁμέρα: ἁμέραι dat. sing. P. H. 35. 6 et novies, ἁμέραν P. H. 367. 69, ἁμέ[ρας] P. H. 40 a. 17.

βᾶμα P. H. 412.

δᾶμος: δᾶμος P. H. 5. 20 et vicies sexies, δάμου P. H. 7. 5 et vicies ter, δάμωι P. H. 1. 1 et septies decies,

δᾶμον P. H. 1. 4 et semel. — δαμόσιος P. H. 37. 39 et semel, δαμοσιεύω P. H. 344. 10, δαμότας P. H. 382. 13 et ter. — δαμ-αρχεύω P. H. 417. 4, δαμ-αρχέω P. H. 344. 16 et bis, δαμο-ϑοιν[ία] P. H. 34. 70, δαμο-τελής P. H. 34. 46 et semel. — ἀπό-δαμος P. H. 10 a. 60 et semel, ἔν-δαμος P. H. 367. 23, ἐπι-δαμία P. H. 5. 3. — Δαμ-αγόρας P. H. 10 c. 3 et semel, Δαμο-κλῆς P. H. 368 VIII. 79 et quater, Δαμό-κοσμος P. H. 49. a. 5 et semel, Δαμο-κράτης P. H. 368 I. 79 et septies, Δαμό-κριτος P. H. 10 a. 46 et quater, Δαμό-λο[χος] P. H. 47. 5, Δαμο-[νί]κη P. H. 165 a. 1, Δαμό-ξενος numm. 46, Δαμο-σϑένης P. H. 368 V. 73 et bis, Δαμό-στρατος 10 a. 67 et ter, Δαμο-φῶν P. H. 10 b. 25 et quinquies, Δαμό-χαρις P. H. 368 I. 75 et bis, Δάμων numm. 109. — 'Α[γ]ασί-δαμος P. H. 368 VI. 47, 'Αλκί-δαμος P. H. 10 a. 46 et undecies, 'Αριστό-δαμος P. H. 387. 13 et bis, 'Αρχέ-δαμος P. H. 10 b. 77, 'Αρχί-δαμος P. H. 10 a. 39 et undecies, Ἑρμό-δαμος P. H. 10 a. 55, Εὔ-δαμος P. H. 10 b. 11 et quinquies, Κλεύ-δα[μος] P. H. 47. 13, Πάν-δαμος P. H. 401. 12, Πεισί-δαμος P. H. 10 b. 76, Τιμό-δαμος P. H. 404 a. 3 et bis, Χαιρέ-δαμος P. H. 10 b. 32 et quater, Χαρί-δαμος P. H. 44. 14 et ter. cf. Bechtel und Fick, Griech. Personn.[2] p. 94. seqq.

ἐπιτάδειος D. I. 3619. 10 et semel.

ζαλωτός P. H. 419. 4.

ζαμία P. H. 27. 16, ζαμιόω P. H. 40 a. 14.

ἰατρός P. H. 344. 10 et ter, ἀρχ-ιατρός P. H. 345. 3 et bis, 'Ιατρο-κλῆς numm. 55.

κᾶπος P. H. 36 a. 3 et quater.

κᾶρυξ P. H. 37. 5 et quater, ἱεροκᾶρυξ P. H. 5. 19, καρύσσω P. H. 37. 32 et semel, ἀποκαρύσσω P. H. 37. 19, προ-καρύσσω P. H. 38. 13 et bis.

κλᾶρος P. H. 367. 93, ὀλ[ό]κλαρ[ος] P. H. 29. 9, [ἐπι]κλαρωσά[ντω] D. I. 3611. 21.

κεκραμένος P. H. 37. 30 et semel, κρατήρ P. H. 37, 50 et semel.

ματήρ: ματρός P. H. 12 a. 23 et centies duodesexagies, ματέρα P. H. 130. 1.

μᾶκος P. H. 152. 13.

μνᾶμα P. H. 130. 8. et ter, ὑπόμνα[μα] P. H. 10 a. 18. deinde nomina propria, quae pertinent ad μνάσασθαι et μναστός: Μνασί-θεος P. H. 368 VI. 64, Μνασί-μαχος numm. 61, Μνασι-μήδης P. H. 368 VI. 64. — Αρί-μναστος P. H. 368 I. 5 et semel, Θεύ-μναστος P. H. 10 d. 33, Πολύ-μναστος P. H. 10 c. 28 et sexies; cf. Bechtel und Fick, Griech. Persnn.[2] p. 209 seq.

ναοῦ P. H. 38. 10 et semel, ναῶι P. H. 38. 9, ναόν P. H. 61. 4 et semel pertinent ad ναός.

ναῶν gen. pl. D. I. 3632. 31 ad ναῦς pertinet.

νᾶσος P. H. 350. 1.

Ad ὀνᾶσαι et ὀνίναμι pertinent nomina propria quaedam, cf. Griech. Persnn.[2] p. 225. 'Ονασι-γένης D. I. 3611. 11, 'Ονασι-κλῆς P. H. 10 b. 23 et decies, 'Ονατορίδας P. H. 10 c. 12 ad 'Ονάτωρ.

πλάν P. H. 27. 26.

πρᾶσις P. H. 30. 9.

σᾶμα P. H. 327. 2 et ter, ἐπισαμ[αιν]ό[-μ]ενος P. H. 384. 7. εὐσαμο[τέρ]α P. H. 367. 96.

σκανοπαγεῖσθαι D. I. 3632 et quater decies.

ἵσταμι: καθεστακόσι D. I. 3611. 10; ad στᾶσαι referendum est nomen Στασ-αγορῖνος P. H. 10 d. 66. — σύσταμα P. H. 119. 12.

εὐφαμίᾳ P. H. 37. 32.

ψᾶφος P. H. 384. 19, ψάφισμα P. H. 9. 5 et tredecies, ψαφι[σθέντα] D. I. 3611. 11.

II. $\bar{\alpha}$ in terminationibus.

a) De α longa declinationis primae cf. § 16 ubi hanc rem tractavi. Hoc loco solum afferendum est vocabulum στεφαναφορῶν P. H. 61. 3, quod ex analogia vocabulorum compositorum, quae primo loco vocabulum primae declinationis exhibent, factum est.

b) Terminationem -ακ- in Doride α longam exhibere apparet ex nomine Μύρμαξ P. H. 368 V. 12. cf. G. Meyer, Griech. Gramm.[2] p. 60.

c) Tertio loco afferendae sunt formae verborum in-αω, quae α longam exhibent.

α) antecedit ι vel ρ:

ἱεράσ[ετ]αι P. H. 27. 10, ἐπέρασα P. H. 198. 6.

β) antecedunt aliae consonae:

νικάσα[ς] P. H. 59. 2, νικάσαντα P. H. 105. 2 et semel; ἐτίμασε P. H. 373. 2 et semel, ἐτείμασεν P. H. 103. 3 ἐτείμασαν P. H. 105. 1 et ter, τετιμάκαντι P. H. 13. 28, τιμαϑείς D. 1. 3611. 15 et semel, τετιμαμένος P. H. 34. 22. Quod attinet ad vocabula his ex verbis derivata et composita, haec exstant exempla:

α. Ad ἀράομαι pertinent nomina propria quaedam: Εὐ-άρατος P. H. 27. 6 et quator, 'Αράτιον P. H. 368 I. 62 et bis; cf. Bechtel und Fick, Gr. Persnn.[2] p. 64.

ϑυμιατήριον P. H. 36 d. 13 ad ϑυμιάω.

β. Νικασίων P. H. 10 d. 47, Νικάτιον P. H. 368 III. 3; cf. Bechtel und Fick, Gr. Psnn.[2] p. 218.

B. α longa productione et contractione orta.

I. $\bar{\alpha}$ productione orta.

In Doride α in $\bar{\alpha}$ producitur in vocabulis compositis, quorum altera pars ab α incipit.

[στρα]τ-αγός P. H. 27. 3, [στρατ]-αγόν P. H. 128. 2, [στρατ]-αγοί P. H. 32 a. 1, στραταγήσας P. H. 65. 4 et semel; χορ-αγός P. H. 45 a. 8 et bis.

παν-ά[γυρις] P. H. 36 a. 22, παναγύ[ρεις] P. H. 367. 58.

'Αντ-άνωρ P. H. 344. 1, [Εὐ]-άνωρ P. H. 10 d. 42, Νικ-άνωρ P. H. 114. 1; cf. Bechtel und Fick, Gr. Prsnn.[2] p. 59. seq.

Κλε-άγορος P. H. 406. 7. cf. Gr. Prsnn.[2] 44 seq.

In verbis ab α incipientibus augmentum temporale in Doride est ᾱ-:

αἱρέθεν P. H. 12 a. 11, αἱρημένοι P. H. 30. 5, αἱρέθη P. H. 14. 15; ἐπ-αγγείλαντο P. H. 387. 1.

II. ᾱ contractione orta.

α + α: γᾶ D. I. 3632. 14 et bis; de α vocabuli ἀνάλωμα P. H. 27. 21 et quater dicendum est vocabula ἀνᾱλίσκω ex ἀναϝαλισκω, ἀναλόω et ἀνάλωμα principio certe α longam exhibuisse; cf. Wackernagel, Kuhns Ztsch. 25, p. 269. Sed cum α longa vocabulorum ἀναλίσκω etc. in lingua Graeca recentiore correpta sit, fortasse etiam in Doride Coa ἀνᾰλωμα pronunciatum est.

α + ε: Quamquam in universum in Doride α + ε in η contrahitur, tamen occurrit forma [ἱ]ερᾶσθαι P. H. 27. 25; verisimile est hanc formam auctoritate sermonis vulgaris exstitisse. Non Doridi sed linguae vulgari etiam tribuendae sint hae formae: χρᾶσθαι P. H. 36 c. 8 et 12, χράσθω P. H. 36 c. 29; παρασκευᾶτε P. H. 36 d. 2. cf. § 26. 3.

ᾱ + ο: νάκορος P. H. 28. 4, ναποιάς P. H. 367. 5 et sexies; deinde ᾱ + ο in ᾱ contrahitur in genetivo sing. masculinorum in -ας exempli gratia Νικαγόρα ex Νικαγοραο; cf. § 16. 2.

ᾱ + ω in ᾱ contrahitur in genetivo plur. femininarum in -α, ex. gr. τᾶν, δραχμᾶν cf. § 16. 1. Deinde etiam α

longam ex ᾱω contractam invenimus in vocabulo Ποτειδάν; exstat dativus Ποτειδᾶνι D. I. 3632. 21 et sexies; derivatum est vocabulum [Ποτ]ειδάνια P. H. 43 b. 2.

ο + α in Doride in ᾱ contrahi Ahrens, de dial. Dor. p. 222 testimoniis praecipue ex codicibus haustis nixus disertis verbis negat. Quo modo rationem inter formam Doricam πρᾶτος et formam vulgarem πρῶτος satis explicare non potest; cf. Ahrens l. c. p. 181. Homines docti recentiores cum Ahrensio non plane consentiunt. Blass-Kühner, Griech. Gramm. tom. I. p. 205 dicit ο + α in Doride exceptione in ᾱ contrahi in voce πρᾶτος ex *προ-ατος. G. Meyer, Griech. Gramm.[2] p. 154 autem dicit: ‚das durch keinerlei Rücksichten gestörte Kontraktionsprodukt von οα ist dorisch ᾱ'. Quod ego quidem sciam, nullus hominum doctorum recentiorum negat formas πρᾶτος et πρῶτος ad formam primariam *προ-ατος vel *προϝατος revocandas esse. Verisimile est οα in Doride pura in ᾱ contrahi etiam ea re, quod αο in sescentis genetivis masculinorum in -ας in ᾱ contrahitur. Qua de causa Meyeri sententiam οα in Doride pura in ᾱ contrahi accipio. In titulis Cois exempla exstant haec: πρᾶτοι P. H. 37. 8, πράταν P. H. 27. 12, πρᾶτον P. H. 104. 4; [Πρ]αταγόρας numm. 83.

ο + ᾱ in ᾱ contrahitur in vocabulo Βαδρο[μίωι] P. H. 29. 18, Βατρομίου P. H. 27. 1 et bis, Βατρο[μί]ω[ι] P. H. 27. 12.

C. α longa in lingua Graeca alio modo orta.

Reductione duarum in unam consonarum in Doride ᾱ, in dialectis reliquis η exstitisse putat G. Meyer, Griech. Gramm.[2] pag. 77 seq.

ἁμῶν gen. pl. pron. pers. P. H. 8. 5 att. ἡμεῖς aeol. ἄμμες.

στάλα D. I. 3611 et undecies; att. jon. στήλη aeol. στάλλα; Aliter Bechtel, Bezz. Beitr. 7. pag. 257, qui putat στάλα eandem esse vocem ac vox gothica stōls.

Eodem loco G. Meyer etiam α longam vocabulorum σελάνα et εἰράνα tractat nixus scribendi ratione σελάννα Sappho fragm. 52. 1.

D. ᾱ in nominibus propriis.

Nomina propria praecipue deorum ab religuis vocibus separanda esse existimavi, cum his in nominibus persaepe de origine vocalis ᾱ certi quidquam dici non possit. In nominibus eorum deorum, quorum cultus veneratioque migratione Doriensium prior erat η vocalem genuinam fuisse atque deinde, cum deorum cultus ad Dorienses pervenisset, Doridi assimilia facta esse nomina facile apparet.

a) nomina propria, quae solum in Doride α longam exhibent:

'Αϑάνα P. H. 34. 20 et sexies, 'Αϑαναία P. H. 37. 56 et bis, 'Αϑάναις dat. pl. nominis urbis P. H. 7. 9, 'Αϑάν-ιππος P. H. 10 b. 15, 'Αϑανύλος P. H. 10 b. 44 et semel, 'Αϑαναΐσται P. H. 158. 2.

'Ασκλαπιός P. H. 30. 6 et decies, 'Ασκλαπιάδας P. H. 50. 3, 'Ασκλαπείωι P. H. 8. 7, 'Ασκλαπίεια D. I. 3619. 3 et semel, 'Ασκλάπεια P. H. 104. 8.

Δάλιος nomen mensis P. H. 30. 1 et quater, Δαλιοκλῆς P. H. 344. 3.

Δαμάτηρ P. H. 386. 1 et semel, Δαμάτριος P. H. 10 b. 61 et undecies.

["Ε]λλανας acc. plur. P H. 128. 6, Ἑλλάνικος P. H. 398. 2 et semel.

Καφίσιος P. H. 54. 2 et semel.

b) nomina propria, quae etiam in dialecto Attica ᾱ, in dialecto Jonica autem η exhibent.

Θράισσα P. H. 301.

Quem si longum catalogum vocabulorum perlustramus, in quibus dialectus Dorica α longam exhibet, videmus iure Ahrensium de dial. Dor. p. 126 dixisse nulla re dialectum Doricam apertius ab Jonica et Attica distingui, quam frequenti longi α pro η usu. In titulis publicis Cois aevi imperatorum, qui Doridem non naturalem sed arte quaesitam exhibent videmus ᾱ mansisse etiam eo tempore, cum plane omnia alia Doridis insignia ad sermonem vulgarem assimilia facta sint. Tamen etiam in titulis Cois formae vulgares, quae η pro ᾱ exhibent, non raro occurrunt, cum totae inscriptiones lingua vulgari compositae sint et in titulis Doricis vocabula sermonis vulgaris inveniantur. Ad rationem inter formas Doricas et formas vulgares melius explanandam catalogum vocabulorum η pro ᾱ exhibentium eodem modo institutum atque eorum, quae ᾱ exhibent, affero.

A. I.

Ἀνδρομνηστορίδαι P. H. 151.

βέβηκεν P. H. 8. 5, [μ]εταβέβηκεν P. H. 8. 4.

δῆμος P. H. 58. 3, δῆμ[ον] P. H. 108. 11 et semel, δῆμε P. H. 418. 1, δημοσίηι P. H. 58. 12, Ἀινησίδημος P. H. 11. 8 et 368 I. 55, Ἀντί-δημος P. H. 398, 6, Δημώ P. H. 355. 1 et semel.

ἄ-ζηλος P. H. 325. 8.

ἡγησάμενον P. H. 102. 16, Ἡγέστρατος P. H. 177. 1, ἡγεμών P. H. 102. 13.

Ἡδεῖα P. H. 121. 3.

Ἥλιος P. H. 64. 3, Ἡλιόδωρος P. H. 177. 2 et semel, Ἡλιόφ[αντος] P. H. 290 et semel, Ἦλιδος gen. sing. ad Ἦλις P. H. 250. 11; cf. Bechtel und Fick, Gr. Psnn.[2] p. 136.

ἡμέρα P. H. 325. 6, ἡμέραις P. H. 108. 11 et semel.

Ἡφαιστίων P. H. 205. 2.

κήδεται P. H. 163. 2.

κῆπ[ος] P. H. 36 b. 22.

μήτηρ P. H. 225. 2, μητρός P. H. 251. 2, Μητρόδωρος P. H. 49 b. 7, Μητρόπολις P. H. 105. 6, Μητροφάνης P. H. 10 a. 63 et bis.

μνῆμα P. H. 225. 2 et semel, ὑπόμνημα P. H. 141. 3, μνημεῖον P. H. 163. 1 et semel, ἀείμνηστος P. H. 218. 4 et semel.

νῆσσος P. H. 418. 1, Νησιάς P. H. 184. 1.

'Ονήσιμος P. H. 47. 8, 'Ονησᾶς? P. H. 65.

πηγή? P. H. 218. 8.

ναυπηγός P. H. 129. 4.

σῆμα P. H. 418. 8, σημεῖ[α] P. H. 325. 11.

σίδηρος P. H. 102. 18.

ἀν-έστησαν P. H. 392. 13, ἐπ-έστησεν P. H. 225. 1, συνεστηκυῖα D. I. 3632. 20.

τηλίκος P. H. 218. 9.

ψήφισμα P. H. 108. 23.

A. II. a.

῾Εκατήσια P. H. 105. 9 et semel, Νική-φορος P. H. 44. 25 et ter, ὀφιηβοσίη? P. H. 58. 5.

A. II. c.

γεννηθησ[ομένοις] P. H. 381. 3, νικήσει P. H. 70, τελ[ευτ]ήσαντα P. H. 352. 3, ἐτίμησε P. H. 394. 2, ἐτείμησεν P. H. 120. 1, ἐτείμησαν P. H. 73. 6, τολμήσηι P. H. 36 d. 18.

B. I.

'Αγ-ήνωρ P. H. 12 a. 22; — κατ-ήγαγον P. H. 322. 6, ἐπ-ηγγελμένοι P. H. 10 d. 65, ἠριθμήσαντο P. H. 129. 10. — 'Αρχηγέσια P. H. 105. 16 et semel, κυνηγεσίων P. H. 141. 3.

B. II.

βοηθεῖν P. H. 36 d. 26, Βόηθος P. H. 10 c. 68 et semel; si spectamus ad formam Βαδρόμιος etiam hac in voce α longam exspectamus. Forma ἐβαθόη exstat D. I. 304 a. 21. βαθόεντι D. I. 281 a. 27, b. 37. in titulis Lesbicis. cf. G. Meyer, Gr. Gramm.[2] p. 154.

C.

ἡμῶν P. H. 131. 6 et semel, ἡ[μετέρ]οις P. H. 36 d. 44, στήλη P. H. 319. 19.

εἰρήνη P. H. 102. 7 et semel, Εἰρήνη P. H. 278. 1 et semel, Εἰρηναῖος P. H. 125. 1 et et quater, Εἰρηναΐς P. H. 422. 1.

D.

'Αθηναῖος D. I. 3614. 4, 'Αθην-αγόρας P. H. 368 VI. 35 et semel, 'Αθηνό-δωρος P. H. 72, 'Αθηνο-κλῆς P. H. 174 b. 1 et semel, 'Αθηναΐς P. H. 152. 2 et bis, 'Αθηνίων P. H. 399. 1 et semel, 'Αθηναΐσται P. H. 157. 3, Παν-αθηναίοισιν P. H. 58. 9.

'Ασκληπιός P. H. 406. 11 et semel, 'Ασκληπιό-δωρος P. H. 237. 2, 'Ασκληπιάδης P. H. 71 et quinquies.

Δημήτριος P. H. 176 et quinquies, Δημητρία P. H. 279. 1, Δημητριανό[ς] P. H. 189. 4.

Si catalogum vocabulorum, in quibus η pro ᾱ occurrit, atque inscriptiones, in quibus haec vocabula leguntur, perlustramus in universum haec dicere possumus. In titulis Doridem exhibentibus η pro ᾱ non occurrit exceptis nominibus propriis; sed ubi η pro ᾱ in nominibus propriis titulorum Doridem exhibentium invenitur semper conjectari potest, haec esse nomina hominum peregrinorum. Formas η et ᾱ exhibentes intermixtas invenimus solum in titulis versibus compositis; reliquae formae, quae η exhibent in titulis sermone vulgari compositis leguntur. Videmus ᾱ in titulis Doricis numquam loco suo

motam esse atque etiam in Doride arte quaesita aevi imperatorum insigne primum maximumque dialecti fuisse. Hucusque de hac re.

2. η.

Hoc loco tractanda est littera η, quae ne in Doride quidem in ᾱ commutatur sed locum suum tenet.

A. η genuina.

I. η in stirpe vocabulorum.

γηραλέος P. H. 419. 6, Ἐπί-γηρις P. H. 10 d. 30 et ter pertinet ad γῆρας cf. Becht. und Fick. Gr. Prsnn.[2] p. 86.

ἐπει-δή P. H. 1. 2 et quater.

Ζηνί dat. sg. P. H. 37. 24 et quater; η hac in forma omnibus Graecis communem atque formas α longam exhibentes hyperdoricas esse probat G. Meyer, Griech. Gramm.[2] pag. 314. Deinde huc pertinent nomina propria Ζηνό-δωρος P. H. 74. 4, Ζηνο-φάνης P. H. 258. 2, Ζήνων P. H. 167. 2 et ter.

Ad ἥβα pertinent ἄν-ηβος P. H. 43 b. 10, ἔφ-ηβος P. H. 65 et quater, ἡβώντων P. H. 43 b. 4.

ἤ P. H. 27. 26 et undecies.

καϑ-ήκουσι P. H. 9. 13.

Ad κάϑ-ημαι pertinet κα[ϑ]-ήσϑω P. H. 37. 9.

ἥμισυ P. H. 37. 51 et bis, ἡμέδιμνα P. H. 39. 11. ἡμίεκτον P. H. 37. 48 et sexies, ἡμίχοα P. H. 39. 15. ἡμιωβέλιον P. H. 386. 11.

ἥπατος P. H. 37. 51 gen. sg. ad ἧπαρ.

ἤπιος P. H. 322. 8, Ἠπιόνα P. H. 30. 10 et semel.

Ἥρα P. H. 38. 5 et semel; Ἡρα-κλείδας P. H. 10 c. 79 et ter, Ἡρακλεῖον P. H. 39. 3, Ἡράκλεια P. H. 367. 47, Ἡρά-κλειτος P. H. 10 a. 40 et tricies semel, Ἡρακλεωτίς P. H. 325. 2, Ἡρακλῆς P. H. 36 d. 16 et septies, Ἡρό-δοτος P. H. 368 II. 15 et quater, Ἡρό-πυϑος P. H. 368 II.

12 et semel, Ἡρώ-δης P. H. 75. 1 et semel; cf. Becht und Fick, Gr. Prsnn.[2] p. 137.

ἥρως P. H. 76. 6 et decies.

Ad τί-θη-μι pertinent hae formae: ἀνέθηκα P. H 36 d. 42 et semel, ἀν-έθηκε P. H. 36 a. 2 et sexies θηκαίων gen. pl. P. H. 155. 1 et quater, ἀνά-θημα P. H 36 b. 19, ἀπο-θήκη P. H. 36 c. 12.

θήλεια P. H. 402 a. 3.

Θήρων P. H. 1. 2. pertinet ad θήρ; cf. Berthel und Fick, Gr. Prsnn.[2] p. 146.

θνήσκω P. H. 343. 6.

Ad stirpem κλη-pertinent ἐκκλησία P. H. 2. 9 e ter, σύν-κλη[τος] P. H. 123. 3.

Ad κτῆσθαι pertinent ἐνεκτημένοι P. H. 344. 6, Κτήσιππος P. H. 250. 9, Κτησίας P. H. 257. 1, [E]πίκτησι P. H. 307, Πρωτό-κτητος P. H. 381. 2. cf. Bechtel un Fick, Gr. Prsnn.[2] p. 179.

μή P. H. 7. 10 et quindecies, μηδέ P. H. 27. 25 e octies, μηθείς P. H. 37. 17 et quater.

Ad μῆδος pertinent nomina propria Μνασιμήδης P. H 368. VI. 64, Νικομήδης P. H. 10 a. 1 et sedecies, Φρασιμήδης P. H. 10 c. 13 et semel, Μήδειος P. H. 52. 5; c Bechtel und Fick, Griech. Prsnn.[2] p. 207.

Ad μήν pertinent: μηνός P. H. 27. 8 et septie μηνί P. H. 29. 18 et ter, δί-μηνος P. H. 11. 4 et seme διχο-μηνία P. H. 40 a. 4, ἑξάμηνος P. H. 10 d. 73 et te ἐπι-μήνιος P. H. 36 b. 25 et sexies, ἐπι-μηνεύω P. H. 3 2 et semel, νεομηνία P. H. 36 a, 19 et semel, νουμηνί P. H. 10 a. 2, τρί-μηνος P. H. 366. 31. — Μηνό-δοτ P. H. 248. 2, Μηνό-δωρος P. H. 54. 4, Μηνό-φαντος numn 215, Μηνό-φιλος P. H. 10 b. 46 et bis.

μῆτις P. H. 218. 3.

νηπίαχος P. H. 218. 8.

πλῆθος Inscr. Brit. Mus. II. no. 267. 8, πλήσαντ P. H. 322. 3, ἐκ-πλήσας P. H. 343. 6.

παρα-πλησίως P. H. 8. 3.

[στ]ῆϑος P. H. 38. 20.

Τήλεφος numm. 40; cf. Bechtel und Fick, Gr. Prsnn.[2] p. 265.

Εὐ-τηρίδας P. H. 10 c. 26 et bis pertinet ad τηρέω cf. Bechtel und Fick, Gr. Psnn.[2] p. 265.

χρῆμα P. H. 1. 12 et tredecies, παραχρῆμα P. H. 10 a. 14 et bis, χρηστός P. H. 165 a. 6 et septies decies, χρήσιμος P. H. 5. 26 et semel, [χρ]ῆσϑαι P. H. 2. 10, χρήζω P. H. 27. 48 et quinquies, χρηματίζω P. H. 10 a. 32 et bis, Χρηστίων P. H. 368 VIII. 10 et bis.

II. η in terminationibus.

a) Primo loco commemoranda est η in nominibus in - ηρ et - τηρ:

ἀνήρ P. H. 1. 3 et semel, ἀρυστήρ P. H. 42 b. 5, ἐλατήρ P. H. 38. 9, κρατήρ P. H. 37. 50 et semel, ϑυγάτηρ P. H. 206. 1 et bis, μήτηρ P. H. 225. 2, σωτήρ P. H. 43 b. 5 et semel. Derivata sunt εὐετηρία P. H. 56. 3, ϑυμιατήρι[ον] P. H. 36 d. 13, ἱλαστήριον P. H. 81. 4 et semel, σωτηρία P. H. 5. 5 et sexies.

b) Nomina in - ης, - ητος: Κράτης P. H. 10 c. 7 et semel, Κράτητος P. H. 10 c. 8 et bis, Μάγνητος P. H. 190. 3, τάπητα P. H. 36 d. 10,

c) Omnibus Graecae linguae dialectis communis est - η in nominativis in - ης: ἐνδειής P. H. 36 c. 16, Νικομήδης etc. cf. § 18.

d) η in declinatione stirpium in - ευ; Πολιῆι, μαχανῆι, ἱερῆι cf. § 21. Αλκηΐδας P. H. 37. 61. cf. § 21.

e) η adjectiorum in - ηρος derivatorum ex substantivis secundae declinationis etiam in Doride locum suum tenere docent Ahrens, de dial. Dor. p. 149, Blass-Kühner, Griech. Gramm. 2, p. 297. πονηρός P. H. 319. 8 et semel, αὐστηρόν

P. H. 419. 5; σιτηρέσιον P. H. 10 d. 68 et quinquies pertinet ad σιτηρός.

f) ῃ et η in conjunctivo jam tertio vel altero a. Chr. n. saeculo in ει persaepe transiisse docet G. Meyer, Griech. Gramm.[2] p. 86 seq. Huius rei vestigia in titulis Cois non inveniri ex testimoniis apparet.

α) ἀδικῆι P. H. 36 a. 9, [ὑπ]-άρχηι P. H. 10 a. 19 et semel, κατα-βάλῃι P. H. 27. 17, γνωσϑῆι P. H. 10 d. 34, δέηι P. H. 12. 10 et ter, δοκῆι P. H. 10 a. 17 et bis, δόξηι P. H. 36 c. 15, κριϑῆι P. H. 37. 12 et ter, τελεσϑῆι P. H. 27. 22, διαφυλάσσηι D. I. 3611. 16, χειροτονηϑῆι P. H. 10 a. 33, χρήζηι P. H. 27. 48, ἧι P. H. 37. 25 et bis; ἀναγραφῆι P. H. 14. 8.

β) ἀπειϑῆ P. H. 367. 111, δανεισϑῆ P. H. 383. 9, δοκῆ D. I. 3619. 10, P. H. 36 b. 9 et 367. 64, λάϑη P. H. 367. 45, τέϑη P. H. 8. 10 et 14. 9, ὑπάρχη P. H. 367. 97.

Deinde η occurrit in conj. med.:

γένηται P. H. 36 b. 14, γίνηται D. I. 3619. 9, δῆληται P. H. 34. 4 et semel, συντελῆται P. H. 36 c. 17 et semel.

g) η in optativo: εἴη P. H. 36 d. 5.

h) η in aoristo passivi: γεννηϑη[σομένοις] P. H. 381. 3, ἀποδειχϑησόμενον P. H. 39. 12, ἐστεφανώϑην P. H. 44. 1, ἐχωρίσϑημεν P. H. 325. 10, αἱρέϑη P. H. 14. 15.

i) Postremo commemoranda est η in verbis in-εω et vocabulis derivatis; quae, cum nihil peculiare habeant testimonia afferri non necesse est.

B. η productione et contractione orta.

I. η productione orta.

a) In vocabulis compositis, quorum altera pars incipit ab ε, η ex linguae legibus occurrit. Νικ-ήρατος

P. H. 10 c. 14 et septies et Φιλ-ήρατος P. H. 53. 1 pertinent ad ἐρατός; cf. Bechtel und Fick, Gr. Prsnn.[2] p. 112; ὑπ-ηρέτης D. I. 3632. 31, ὑπηρετεῦντος P. H. 65, ὑπ-ηρεσ[ία] P. H. 108. 19. cf. Curtius, Griech. Etym.[4] p. 345, qui haec vocabula ad ἐρέσσω revocat.

b) Augmentum verborum ab ε incipientium: ἦλϑον P. H. 325. 5, εἰσῆλϑον P. H. 46 a. 11, προ-εισήνεγκαν P. H. 303. 10.

c) De η in Doride productione suppletoria in vocalibus δήληται, ἦμεν, Κληναγόρας orta cf. § 5.

II. η contractione orta.

α + ει vel ε: τιμῆ P. H. 14. 11, τιμῆν D. I. 3619. 6.

ε + α: Ἁγῆναξ ex Ἁγεαναξ P. H. 49 a. 4, ἡυτῶν ex ἑαυτῶν P. H. 37. 44; in nom. et acc. plur. neutr. in -ος et ας: τεμένη, ἔτη, γέρη. cf. § 18; in acc. sing. vocabulorum in -ης: Θευκράτη D. I. 3611. 19, διέτη P. H. 419. 5, εὐσεβῆ P. H. 415. 4, Εὐκλῆ Athen. Mitth. 16. p. 410. 3.

ε + ε: η vocabuli κῆνος P. H. 37. 25, κην[εῖ] P. H. 37. 32 (at cf. § 7. 1) ortam esse contractione ε + ε ea re apparet, quod etiam in dialecto Lesbica forma κῆνος invenitur, cum in dialecto Attica et in Jade occurrat forma κεῖνος vel ἐκεῖνος; cf. D. I. 281 a. 23.

η + α: ἱερῆ acc. sg. cf. § 21.

η + ε: τεταρτῆς nom. plur. P. H. 39. 12 ex *τεταρτηϝες.

De η ex ει orta cf. § 4, 2. d.

C. η in nominibus propriis.

Τήμενος P. H. 368 VII. 51 et semel.

Ἀμφιαρηΐδα P. H. 40 a. 7. cf. § 21.

§ 3.

De permutatione vocalium brevium longarumque.

cf. Kretschmer, Kuhns Ztsch. 30. p. 594. seqq. In titulis anno a. Chr. n. ducentesimo recentioribus deinde autem maxime in titulis aevi imperatorum vocales breves cum vocalibus longis permutari ex sexcentis testimoniis satis constat. In titulis Cois exempla exstant haec:

ο pro ω: ἄλφιτον pro ἀλφίτων D. I. 3632. 5, Αὐτοφόντο[ς] P. H. 57. 1, βωμοι pro βώμωι P. H. 36 a. 29, ἐπιδόσεος P. H. 129. 6, Εὐαίονος P. H. 112. 2, θέσεοὺ P. H. 129. 6, Θεύδορος P. H. 10 c. 9, Ἱππιοτῶν P. H. 361. 2, Κλοδίου P. H. 250. 9 et semel, λιβανοπολᾶν pro λιβανοπωλᾶν D. I. 3632. 15, Ξενο[φ]όντος P. H. 85. 4, ὀσπριον pro ὀσπρίων D. I. 3632. 15, τοι pro τῶι D. I. 3632. 17, Φιλονίδας numm. 114. De testimoniis ex titulo D. I. 3632 haustis cf. etiam catalogum mendorum pag. 27.

ω pro ο: θεώς P. H. 68. 1.

η pro ε: Ἄρτημις P. H. 357 a. 1.

§ 4.

De Diphthongis.

1. αι.

Diphthongum αι in lingua Graeca ante vocales i amittere posse satis cognitum est. cf. Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] p. 24 seq. In titulis Cois exstat ἀεί P. H. 35. 10 et sexies: Meisterhans l. c. docet in decretis Atticis inde ab anno 261 semper ἀεί scribi. Antiquam scribendi rationem in titulo aevi imperatorum restitutam invenimus in αἰεί P. H. 381. 3.

2. ει.

a) ει diphthongus.

ει diphthongus aut primaria est et rationem habet ad οι et ι aut ex ε+ι orta est.

ει genuinam exhibent exempli gratia vocabula Πει-[σί]δαμος P. H. 10 b. 76, Πεισικλῆς P. H. 10 b. 76, Πεισίστρατος P. H. 10 d. 7 et semel. — Τείσαρχος P. H. 387. 24 et octies, Τεισικράτης P. H. 368 VII. 39, Τεισέας P. H. 10 a. 47 et semel, Τείσιον P. H. 368 I. 10, τε[ι]-σάντων P. H. 382. 11, ἀποτεισάτω P. H. 367. 113.

ει diphthongus ex ε+ι orta occurrit in tertia persona sing. praesentis: φέρει, ϑύει etc., in adverbiis ἀσυλεί P. H. 1. 11 et ter, ἀσπονδεί P. H. 1. 11 et quater, in dat. sing. nominum in-ης et-ευς ἀσφαλεῖ P. H. 7. 11, βασιλεῖ etc. — -κλειδας ortum esse ex -*κλεϝ-ιδας docet Meister, Curtius Stud. 4. p. 387. Ἀριστο-κλείδας P. H. 9. 20 et quater, Ἡρακλείδας P. H. 10 c. 79 et ter, Τιμο-κλείδας B. H. 10 a. 50 et semel, Θρασυκλείδας P. H. 404 a. 8 et semel.

Haec ει in Doride non aliter se habuit quam in reliquis Graecae linguae dialectis.

b) ει adulterinum.

ει adulterinum oritur contractione vocalium ε+ε et productione suppletoria; sonum huius ε primitus apertum in Doride Coa satis antiquo tempore clausum factum esse ex testimoniis apparet. Quod attinet ad testimonia η ex ε+ε ortae in titulis Cois exstantia cf. §. 2, 2, B. II., η productione suppletoria ortae cf. §. 6.

α) ει adulterinum contractione ortum.

Hoc loco primum commemoranda sunt verba in-εω, ubi persaepe ε stirpis et ε terminationis in ει contrahuntur. In tertia persona sing. imperfecti: διετέλει P. H. 13. 31 et semel; in infinitivo activi: ἀδικεῖν P. H. 27. 31,

ἀφ-αιρεῖν P. H. 36 c. 26, βcηϑεῖν P. H. 36 d. 26, [γεω]ργεῖν P. H. 36 c. 10, [ἐν]οικεῖν P. H. 36 c. 11, ποιεῖν P. H. 36 b. 4 et semel; infinitivus medii: αἱρεῖσϑαι P. H. 36 b. 25. et semel, ἀριϑμεῖσϑαι P. H. 34. 11, ὠνεῖσϑαι P. H. 38. 36. Tertia persona imperf. med.: ἐποιεῖτο P. H. 5. 3 et semel; Tertia pers. futuri: ποιησεῖται D. I. 3619. 7. Tertia pers. imperativi act. ποείτω P. H. 36 c. 17, διαχειροτονείτω P. H. 10 a. 15; tert. pers. imperat. med. [αἱ]ρείσϑω P. H. 37. 44, σκανοπαγείσϑω D. I. 3632. 12 et quater, σκανοπαγείσϑων D. I. 3632. 3 et decies, [συντε]λείσϑω P. H. 36 c. 23.

Deinde ει adulterinum occurrit in nominativo plur. substantivorum in -ης: δαμοτελεῖς P. H. 34. 46. In nominibus propriis, quorum prima pars pertinet ad κλεῖσαι ex *κλεϝεσαι; cf. Bechtel und Fick, Gr. Prsnn.[2] p. 170.

Κλεισ-ανϑίδας P. H. 10 b. 33, Κλεισί-μαχος P. H. 10 b. 32.

In nominibus propriis, quorum altera pars est κλειτος ex *-κλεϝετος; cf. Bechtel und Fick, Gr. Prsnn.[2] p. 170.

Εὔκλειτος P. H. 10 d. 52 et bis, Ἡρά-κλειτος P. H. 10 d. 16 et vicies quater, Πολύκλειτος P. H. 10 b. 5 et semel, Χαρί-κλειτος P. H. 124. 2, Εὐκλειτίδας P. H. 368 VI. 46, Κλεῖτος P. H. 56. 2 et semel, Κλειτίας P. H. 10 b. 41 et ter, Κλείτιον P. H. 368 VI. 25 et semel, Κλείτων P. H. 47. 3, Κλειτώ P. H. 368 II. 51 et semel, Κλειτο-ϑέη P. H. 368 II. 20.

In augmento verbi ἔχω: παρείχετο P. H. 5. 11 εἴχομεν P. H. 325. 12 et ἕλκω: εἵλκυσε P. H. 218. 8.

β) De ει adulterino productione suppletoria orto cf. § 6.

c) De transitu diphthongi ει in ι.

Inde ab anno circiter a. Chr. n. 100. ει dipthongus et ει adulterinum in $\bar{\iota}$ transeunt, atque ει pro $\bar{\iota}$ et $\bar{\iota}$ pro ει scribitur. Primis duobus saeculis solum pro ι longa

ει scribitur, deinde ab anno circiter 100 p. Chr. n. etiam pro ι brevi ει occurrit. Haec in titulis Atticis ita se habere docet Meisterhans p. 38 seq. Rem non aliter in titulis Cois se habere ex testimoniis satis apparet; perraro in titulis anno a. Chr. n. 100 antiquioribus ει pro ῑ et ῑ pro ει occurrunt.

ῑ pro ει scribitur: Αἰνίας P. H. 271. 3, ἀναστάσι dat. sing. P. H. 120. 5, Ἀπολλοφάνι P. H. 327. 2, εὐγενίη P. H. 323. 1, Ἡράκλιτος P. H. 89. 4, ἰ pro ει P. H. 381. 10, ἴκονι P. H. 73. 6, ἰς P. H. 319. 16, κακοπαθίας P. H. 5. 8, μνία[ς] genet. sing. P. H. 276. 4, Πριμιγενίας P. H. 94. 6, Τίσα[ρχος] P. H. 48. 6, Τισίας P. H. 10 a. 47 et 368 VII. 48. Τι[σ]έας P. H. 368 VII. 42, χειροτονίαι P. H. 5. 22.

ει pro ι: Ἀντωνείνου P. H. 99. 1 et bis, Ἀφροδεισίου D. I. 3632. 13, Βειθυνίας P. H. 102. 20, Βιβεῖνος P. H. 142. 4 Εἰσιδ[ώ]ρ[ου] 255. 2; cf. Bechtel und Fick, Gr. Prsnn.[2] p. 105. Ἐπαφρόδειτος P. H. 71 a. 3 et quater, καθειδρυμέναν P. H. 344. 15, καθειέρωσαν P. H. 344. 14, μετ[α]κεινῆσαι P. H. 319. 4, κλείνεσθαι P. H. 367. 48, Κοσσείνιος P. H. 235. 2 et semel, Κρισπείνου P. H. 243. 1, Νείκη P. H. 71 a. 1 et semel, Νεικ-αγόρας P. H. 344. 3, Νείκ-αρχος P. H. 344. 10, Νεικό-μαχος P. H. 344. 17 et semel, Ἐπί-νεικος P. H. 318. 2, περιοδόνεικος P. H. 129. 3, νει(κήσαντι) P. H. 312. 3, νειφόμενον P. H. 58. 10, παροδείτας P. H. 343. 3, πολείτας P. H. 344. 7, πολειτευθέντα P. H. 102. 5. Παυλλεῖνος 337. 11, Πρεῖμος P. H. 249. 2 et semel, Πρεῖμα P. H. 116. 4, Ῥουφεῖνος P. H. 98. 3, Ῥουφείνης P. H. 288, Σαβεινιανός P. H. 95. 4 et bis, Σειλιανός P. H. 230. 4, σειτωνήσαν[τα] P. H. 108. 18, ταρείχο[υ] D. I. 3632. 15. cf. Meisterhans p. 43. τειμᾶς P. H. 116. 10, τειμᾶ P. H. 107. 14, τειμαῖς P. H. 392. 2 et bis, Τειμ-αγόρας P. H. 9. 18, Τειμο-γένης P. H. 328. 3, ἐτείμασεν P. H. 106. 1 et semel, ἐτείμησαν

P. H. 73. 6, φιλοτείμως P. H. 108. 9 et ter; Φιλεῖνος P. H. 46. 7 et bis, χειλίων P. H. 129. 9, χειλιαρχήσαντα P. H. 94. 4 et semel.

Primo aspectu ει pro ῐ exhibere videntur nomina Ἀπολλώνεια P. H. 104. 14 et Διονύσεια P. H. 104. 21 in titulo primi p. Chr. n. saeculi ineuntis. Sed hae nominum formae ab formis Ἀπολλώνια Διονύσια distant atque terminatione -εια facta sunt.

In nomine Μοναρχεῖδος etiam ει pro ῑ occurrere videtur; sed aliter hanc formam explanandam esse docet W. Schulze Rhein. Mus. 48. p. 253. W. Schulze hoc loco demonstrat inveniri in titulis Asiae minoris nomina Ἀρτεμῆς ex Ἀρτεμέας, Ματρέας, Πυθῆς ex Πυθέας et nomina mulierum Ἀρτεμείς, Ματρείς, Πυθείς; hac ex re colligit nomina mulierum ad nomina hominum eandem rationem habere ac nomina in -της ad nomina in -τις, formasque genuinas esse esse Ἀρτεμεΐς etc., deinde litteras ε + ι contractas esse; eadem ratione etiam nomen Μοναρχείς explanandum esse.

Bene ῑ se habet in ἰκάδος gen. sing. ad ἰκάς P. H. 37. 47 et 402 a. 6, cum hoc vocabulum ad formam Doricam Fίκατι vel ἴκατι pertineat; εἰκάς P. H. 39. 1 et bis pertinet ad formam vulgarem εἴκοσι.

d) Exstant duodecim testimonia ubi ει ante vocales non in ι sed in η transiit.

Ἀγρίππηα P. H. 104. 13, Ἀναξίκληαν P. H. 115. 2, Καισάρηα P. H. 104. 3 et sexies, Ἡράκληα P. H. 104. 19, Στρατονικῆα dat. sgl. P. H. 105. 9 et semel. Meisterhans p. 37 docet eandem scribendi rationem in titulis Atticis occurrere ostenditque has formas solum in titulis, qui ad tempus inde ab anno 50 a. Chr. n. usque ad annum 50 p. Chr. n. circiter pertineant, inveniri. Quo cum usu titulorum Atticorum exempla, quae in ti-

tulis Cois exstant perbene coniungi possunt, cum excepto uno omnia legantur in titulis P. H. 104 et 105, quorum P. H. 104, uti supra docui, anno p. Chr. n. primo tribuendus est. cf. Blass, Aussprache d. Griech.[3] p. 59. G. Meyer, Griech. Gramm.[2] p. 79. de hoc transitu agit atque testimonia eius antiquiora, quae praecipue in dialecto Cretica et Lesbica inveniuntur, recte ab hac scribendi ratione, quae, uti supra vidimus aevi Romani propria est, separat.

e) Diphthongus ει ante vocales eodem modo atque αι et οι ι amittere potest.

ante α: 'Αναξίλεα nom. plur. neutr. P. H. 39. 4, Ἀλεξανδρεᾶν genet. plur. P. H. 34. 31 et semel, δωρεᾶς P. H. 10 a. 16, δωρεάν P. H. 123. 4, [Κ]αλλίνεα P. H. 312. 1, Σιτέαι dat. sgl. P. H. 39. 4, χρυσέα P. H. 137. 1, χρυσέαι[ς] P. H. 218. 2. Diphthongum ει i non semper amittere bene apparet ex titulo P. H. 34 ubi bis genetivi plur. formam 'Αλεξανδρεᾶν, quinquies 'Αλεξανδρειᾶν et quater alias huius vocabuli formas, quae semper ει exhibent, legimus.

ante η: χρυσέηι P. H. 73. 7.

ante ο et ω: οἶεος P. H. 39. 13, πλέον D. I. 3611. 15 at πλείοσι P. H. 107. 9 et semel, χάλκεον P. H. 58. 11, χρυσέωι P. H. 73. 6 et quater.

Meisterhans p. 31 seqq. ubi de hac re in titulis Atticis verba facit, praecipue quarto a. Chr. n. saeculo ει in ε transire docet. Videmus magnam partem exemplorum huius rei in titulis Cois exstantium pertinere ad titulos antiquiores.

f) ιει in titulis recentioribus in ει vel ῑ transire his exemplis apparet; cf. Blass, Ausspr.[3] p. 17 et 60.

'Ασκλάπεια P. H. 104. 8, 'Ασκλαπείωι P. H. 8. 7, ὑγιείας P. H. 55. 3 et octies, ὑγίας P. H. 345. 16 at

ὑγιείας P. H. 85. 2. Aevo Augusti imperatoris discrimen inter scribendi rationes -ιει- et -ει- non exstitisse optime ex ea re apparet, quod in vocabulo [᾽Απο]λλωνίεια P. H. 104. 21 ιει occurrit ubi ει vel ι exspectamus; ᾽Απολλώνεια P. H. 104. 14 exstat.

3. οι.

Diphthongum οι eodem modo atque αι et ει ι amittere posse his ex testimoniis intellegitur. cf. Meisterhans p. 44.

Verbum ποιεῖν ι amittere potest ante ε et η sed numquam ante ο, ου, et ω.

ποείτω P. H. 36 c. 17, [π]οήσαντα P. H. 319. 7, ἐποήσαντο P. H. 382. 13, ποήσασ[θαι] P. H. 12 a. 9. Quindecies autem οι ante ε et η in titulis Cois servata est; ναποᾶν P. H. 373. 6 at ναποιάς P. H. 367. 5 et quinquies.

4. υι.

Etiam υι ι amittere potest; ὑῶν P. H. 10 a. 62 et ter, ὑός P. H. 337. 11, ὑῶ? P. H. 34. 6; semper ι deficit in vocabulo ὑοθεσία P. H. 368 II. 26 et quinquies. Contra in vocabulo υἱός υἱ- exstat centies octies.

5. ᾱι (ηι) et ωι.

ᾱι occurrit in voce Θρᾶισσα P. H. 301. ωι in ᾽Αχελῶιος P. H. 10 b. 65, Κῶιοι P. H. 1. 4 et centies tricies quinquies circiter, Κῶιον in nummis centies vicies quinquies circiter; κωμωιδία P. H. 45 a. 12, πατρώιοις P. H. 77. 1 et ter, διέσωισε P. H. 5. 15.

Contra ι subscriptum deficit in titulis recentioribus: ᾽Αχελώο[υ] P. H. 125. 1, ζώοις P. H. 218. 6, Κώων P. H. 308 et semel, πατρώοις P. H. 76. 1 et novies, τραγωδοῦ P. H. 129. 2, Σωζομένη P. H. 389. 5; numquam ι exhibet vocabulum χρήζω P. H. 37. 44 et quater.

Quod attinet ad ι subscriptum in dativo sing. has tabulas ad rem melius explanandam confeci; exstat in iis primo loco ι in dativo declinationis in ᾱ scil. η, altero loco ι in dat. declinationis in -ο. Superiore loco exempla ex titulis anno a. Chr. n. 100 antiquioribus collecta, inferiore loco ex titulis recentioribus hausta posui.

ᾳ (ῃ)		ῳ	
αι (ηι)	α (η)	ωι	ω
145 (9)	3 (1)	138	11
9 (6)	16 (9)	38	36

In tertia persona sing. conjunctivi discrimen inter formas -ηι et formas -η solum exhibentes non cum Meyero, Griech. Gramm.[2] p. 86 seq. ita explanandum est, ut in formis η solum exhibentibus, quae iam in titulis Cois tertii saeculi saepe occurrunt ι subscriptum omissum sit. Immo vero formae in η peculiari modo factae sunt. De hac re conferas quaeso § 25. 2.

ι subscriptum in αι (ηι) et ωι altero a. Chr. n. saeculo audiri desivisse Meisterhans p. 53 exemplis ex titulis Atticis collectis nixus affirmat. Rem non aliter in titulis Cois se habere ex testimoniis perspicitur, cum ι in titulis tertii saeculi numquam deficiat. Titulos D. I. 3632 in quo dativum Κῶ v. 17 et bis, P. H. 43 b in quo 'Αττ[α]λω v. 19, [Πτολεμ]αίω a. 14 legimus iam supra ad alterum saeculum referendos esse monui. Qua de causa titulos P. H. 27, in quo formae δεκάτα v. 2, Διονύσω v. 62, θεῶ v. 65, Θυ[λ]λοφόρω v. 62, [τ]ῶ v. 65 et D. I. 3614, in quo δάμω v. 1, εἰράνα v. 10, πολέμω v. 9 leguntur alteri a. Chr. n. saeculo tribuemus.

In titulis recentioribus praecipue aevi imperatorum etiam i subscriptum non raro falso loco ponitur.

Ἀπολλῶι P. H. 182. 1 et semel; est genet. sing. nominis proprii Ἀπολλῶς; cf. Bechtel und Fick, Gr. Prsnn.[2] p. 64. Ἀριστοκλεῖδαι gen. sgl. P. H. 71 b. 1, ἀρχιερῆι acc. sgl. P. H. 410. 2, ἔτηι nom. pl. P. H. 343. 7, Ἰσθμιωιτᾶν P. H. 410. 6, καθιέρωισαν P. H. 410. 6 et 413. 2, Πρωιτοκτίτωι P. H. 381. 2.

De ι subscripto in tertia persona sgl. et plur. imperat. saepe adjecto cf. § 25. 6.

§ 5.

De contractione.

Quamquam de α+ο et ο+α in ᾱ de α+ε et ε+α in η contractis iam supra verba feci, restat ut hoc loco totam rem tractem.

1) α+ε: cf. § 2. 1, B. II et 2, 2, B. II.; α+ε in Doride in η contrahi docet Ahrens, de dial. Dor. p. 195. In titulis Cois exstant: τιμῆ 3. pers. sgl. P. H. 14. 11, τιμῆν infin. D. I. 3619. 6. Adversatur forma ἱερᾶσθαι P. H. 27. 25, quae auctoritate sermonis vulgaris exstitisse videtur. Certe sermoni vulgari tribuendae sunt formae χρᾶσθαι P. H. 36 c. 8 et 12, χράσθω P. H. 36. c. 29 et παρασκευᾶτε P. H. 36 d. 2.

2) α+ο vel ω: Quamquam α + ο et α + ω in Doride in ᾱ contractas esse ex sescentis genetivis sgl. masculinorum in -ας et ex genetivis plur. femininorum in -α constat, tamen in declinatione verborum in -αω vestigia contractionis α + ο in ᾱ non exstant. Formas ἐλάντω P. H. 37. 8 et ter, ἐπ-ελάντω P. H. 37. 11 et ter, quae primo aspectu ex *ελαοντω ortae esse videantur, aliter explanandas esse docet Müllensiefen D. I. 3636

adnot. Exstat enim tertiae personae sing. imperat. forma Argiva ποτελάτω Fröhner, Rev. archéol. 1891. 2. 51., quae ad *ποτελαετω non revocari potest. Qua de causa Müllensiefen has formas omnes aoristo aliunde non cognito tribuit. Blass-Kühner, Griech. Gramm. Bd. 1. p. 641 Nachtr. sententiam profert verbum ἐλάω fortasse in declinationem verborum in-μι transiisse atque formam ἐλάντω factam esse ex analogia formae ἱστάντω.

Iam ea testimonia afferenda sunt, quae exhibent ω ex α+ο:

ἡβώντων P. H. 43 b. 4, συζῶντες P. H. 325. 13, [ἐ]νίκων P. H. 45 a. 6, νικώντας P. H. 34. 44, ἀντεφορῶντες P. H. 367. 89 et semel, τιμώντω P. H. 37. 27, τιμῶντες P. H. 384. 8.

Quibus ex testimoniis allatis apparet in titulis Cois iam tertii a. Chr. n. saeculi α+ο in declinatione verborum in-αω in ω contractas esse.

Numquam in Doride α+ω in ᾱ contractas esse in prima persona sing. docet Ahrens, de dial. Dor. p. 197. Exstat αὐδῶ P. H. 198. 3.

Vulgarem formam etiam exhibet nomen Ποσειδώνιος P. H. 62. 3; de Ποτειδάν cf. §. 2, 1, B. II.

α+ο non contrahitur in vocabulis 'Αΐδαο P. H. 218. 3, σαόφρονα P. H. 218. 3, φάος P. H. 343. 5, quae omnes exstant in versibus hexametris et in Λαοδικέως P. H. 156, Λαοδικίσσας P. H. 208. 3. αυ pro αο vel ᾱ exstat in nomine Λαυδίκη P. H. 183. 1.

3) ε + α in titulis Cois modo contractionem patiuntur modo non coalescunt. cf. § 2, 2 B. II. Contrahuntur semper in nomin. et accus. plur. neutr. in-ος θύη, σκέλη, ἔτη etc. cf. §. 18, et in accus. sing. nominum in-ης. Θευκράτη, διέτη, εὐσεβῆ etc. cf. §. 18. Vestigium formae non contractae exstat in vocabulo γερεαφόρος P.

H. 37. 21; cf. Ahrens, de dial. Dor. p. 193. Non contrahitur εα in vocabulis κρέας P. H. 37. 54, δικρέας P. H. 37. 53 et 54, κρέα P. H. 37. 23 et in Κλεάγορος P. H. 406. 7.

4) De ε + ε in vocabulo κῆνος in η contractis cf. §. 2, 2 B. II.; de ε + ε in ει contractis cf. §. 4, 2, b.

5) ε + ι in ει contrahuntur; cf. § 4, 2, a.

6) ε + ο: Insignem hoc loco apud Dorienses varietatem conspici docet Ahrens, de dial. Dor. p. 209. In titulis Cois res ita se habet:

ε + ο non contrahuntur in vocabulis quibusdam, quae exstant in titulis Cois antiquissimis. Θεόδοτος nummi 5., quem tribuit Paton quarto a. Chr. n. saeculo; θεομοιρία P. H. 38. 20, Φυλεομαχίδαι P. H. 38. 17 et 19. Etiam in titulis tertii alteriusque saeculi exempla quaedam exstant: Ἐτεοκλῆς P. H. 10 c. 78, Κλεόμβροτος P. H. 10 c. 24. Λεόντιος P. H. 10 c. 24, Λεοντίσκος P. H. 10 c. 37. In titulis recentioribus haec exstant exempla: Θεογάμια P. H. 105. 11, Θεογένης P. H. 214. 2, θεοσεβής P. H. 279, Κλεόβουλος P. H. 296. 1, Κλεονίκη P. H. 398. 5, Κλεοπάτρα P. H. 73. 2 et semel, Κλεόπατρος P. H. 186, Λέοντις P. H. 47. 13 et semel.

Usitatissimam autem in titulis Cois contractionem in εο in ευ fuisse ex sescentis testimoniis apparet.

a) in compositis cum θεός, κλέος, νεός.

Θευγένης P. H. 10 c. 20 et quater decies, Θευ[δαί]σιος P. H. 36 a. 14, Θευδοσίη P. H. 368 III. 43 et bis, Θευδότα P. H. 419. 1, Θεύδοτος P. H. 10 c. 9 et undecies, Θεύδωρος P. H. 10 a. 68 et vicies sexies, Θευδωρίς P. H. 333. 4 et bis, Θευδωρίδας P. H. 406. 5, Θευκλῆς P. H. 368 V. et ter, Θευκράτης D. I. 3611. 2 et semel, Θεύκρι[τος] P. H. 10 b. 59, Θεύμναστος P. H. 10 d. 38, Θευ-

ξενίδας P. H. 10 c. 74, Θευτιμίδας P. H. 10 b. 30 et bis, Θευφαμ[ίδας] numm. 151 et semel, Θευφά[νης] P. H. 371 a. 1, Θεύφαντος P. H. 404 b. 6 et semel, Θευφίλητος numm. 79 et semel.

Κλευδάμας P. H. 368 II. 75, Κλεύδα[μος] P. H. 47. 12, Κλεύκριτος P. H. 10 b. 45 et bis, Κλεύμαχος P. H. 10 c. 47 et ter, Κλευμαχίς P. H. 218. 10, Κλεύμβροτος P. H. 10 c. 44, Κλευμήδης P. H. 10 a. 42, Κλεύξενος P. H. 368 II. 24, Κλεύφαντος P. H. 10 a. 58 et bis, Κλεύχιος P. H. 1. 2;

νευμηνία P. H. 36 a. 19 et semel, Νεύφραστος P. H. 354. 2.

b) in verbis in - εω.

αἱρεύμενοι P. H. 384. 10, ἀμπελοστα(τ)εύντων D. I. 3632. 9, γεωργεῦντε[ς] P. H. 344. 6, δαμαρχεῦντος P. H. 344. 16 et bis, ἐξαγευμένος P. H. 367. 33, ἐπιστατεῦντος P. H. 105. 22, εὐε[ρ]γετεῦντος P. H. 14. 12, ἐχθυσεῦνται P. H. 36 b. 27, θεωρεῦντες P. H. 384. 11, καρπολογεῦντες D. I. 3632. 29, κατοικεῦντες P. H. 344. 4, κοινωνεῦντες P. H. 36 a. 7, μοναρχεῦν[τος] P. H. 417. 5, νοσεύντ[ων] P. H. 5. 5, ποιεύντω P. H. 367. 33, ποιεύμενος P. H. 5. 18, [ἐ]ποιεῦ[ντο] P. H. 5. 10, προαιρεύμενος D. I. 3611 et semel, τελευμέναις P. H. 386. 5 et semel, τελευντ[—?] P. H. 12 a. 5, ὑπηρετεῦντος P. H. 65. 7.

c) in genetivo sgl. nominum in - ης et ος; Ἀριστογένευς etc., τεμένευς etc. cf. § 18.

d) reliqua vocabula.

Ἐτευλε[ῦς] P. H. 47. 15, σευ P. H. 218. 5 et semel.

εο in ου contrahitur in titulis Doricis rarissime:

αἱρούμενοι P. H. 382. 17, νουμηνία P. H. 10 a. 1, ποιοῦντες P. H. 36 a. 5; in titulo P. H. 36 c. 31 sermonem vulgarem exhibente exstat ποιοῦντι.

Contractionem ε + ο in ευ apud eos Dorienses praecique inveniri, qui in insulis ad oram Asiae minoris sitis habitabant, iam Ahrensius de dial. Dor. p. 214 vidit putavitque Iadis contagio eam ortam esse, cum Iones eadem contractione usi sint.

εο pro ευ diphthongo genuina scribi praecipue in titulis Ionicis docet G. Meyer, Griech. Gramm.[2] p. 135. Qua de causa formam Ἐότυχις P. H. 225. 2 auctoritate dialecti Ionicae ortam esse existimo; titulus P. H. 225, quod ex litterarum forma concludi potest quarto a. Chr. n. saeculo tribuendus est sed non Doricam immo vero Jonicam dialectum exhibet.

Nomen Θεκλῆς P. H. 10 c. 50 formatum esse ex analogia eorum nominum, in quibus altera pars ab vocali incipiebat ex. gr. Θε-αίτητος, Θέ-ανδρος etc. facile apparet. cf. Bechtel und Fick, Gr. Prsnn. [2] p. 143.

In diphthongis αυ et ευ recentiore tempore υ in vim spirantis transiit atque deinde excidit. cf. Buresch. Philolog. 51. 98 seq. et G. Meyer Griech. Gramm.[2] p. 137 qui exempla huius rei ex titulis alterius primique a. Chr. n. saeculi collegerunt. Huc pertinet Ἐφαντίδας P. H. 10 a. 50 et 63. At contra cf. Blass, Aussprache[3] p. 80 seq.

7) ε + ου adulterinum.

Initium faciamus ab formis κυέοσα P. H. 37. 57 et 62 et κυεῦσα P. H. 38. 2. Bechtel, Nachr. d. Gött. Ges. d. Wiss. 1890 p. 32 has formas tractat atque formam κυέοσα auctoritate dialecti Ionicae ortam esse putat. Sed quo modo forma κυέοσα explananda atque quae forma recentior sit disertis verbis non dicit. Si recte eum intellego hac sententia ‚Also sicher ist, dass wo Dorer εο für ευ schreiben, Jonier ihre Lehrer gewesen sein können‘ dicere vult formam κυέοσα ex κυεῦσα ortam esse,

cum haec εο pro ευ scribendi ratio nonnullis titulis Ionicis occurrat. Exempla huius rei etiam affert G. Meyer, Griech. Gramm.[2] p. 135. κυεῦσα nomin. sgl. fem. partic. praes. verbi κυέω esse etiam aliis ex testimoniis perspicitur; exstant formae [ἀ]δικεῦσαν P. H. 27. 30, λαλεῦσα P. H. 58. 7 et 218. 4. τελεῦσα[ν] P. H. 27. 31; deinde formam παρευσᾶν P. H. 386. 2 ex *παρεουσᾶν ortam esse facile apparet. Quibus ex testimoniis perspicitur ε + ου in Doride in ευ contrahi atque κυεῦσα formam ex dialecti Doricae legibus natam esse, deinde in κυέοσα more Iadis εο pro ευ scribi. Quae res, quod κυέοσα in titulo antiquiore, formae τελεῦσα[ν] et ἀδικεῦσαν in titulo recentiore inveniuntur bene explanari potest, cum dialectus Ionica quinto praecipue saeculo magnum ad reliquas Graecae linguae dialectos momentum habuerit.

Müllensiefen D. I. 3636 scribit κυεōσα, quam cum facile legentem in errorem inducere possit, scribendi rationem probare non possum; facile enim aliquis exstiterit existimans -ō- litteram in hoc vocabulo antiquiore scribendi modo ου adulterinum significare, quae certe non ita se habere ex toto titulo apparet.

Postremo hoc loco commemorandus est genetivus sgl. nominum propriorum in -κλῆς, qui in titulis Cois plane semper exit in -κλεῦς. cf. § 18. 4.

8) εω mox in ω coalescere mox contractionem non pati ex testimoniis apparet. Contractionem non patiuntur ε + ω in tertia pers. plur. conjunct. verborum in -εω: οἰκέωντι P. H. 7. 11, διατελέωντι P. H. 36 a. 8. Sed tituli eiusdem aetatis etiam formas contractas exhibent: συντελῶντι P. H. 383. 14, ὑστερῶντι P. H. 10 a. 35. Nominativi sing. masc. partic. praes. solum testimonia recentiora contracta exstant: ἀδικῶν P. H. 36 d. 20,

γυμνασιαρχῶν P. H. 114. 1 et semel, ποιῶν P. H. 36 c. 9, στεφαναφορῶν P. H. 61. 3.

Quarto a. Chr. n. saeculo tribuenda est forma Φιλεωνίδας numm. 4, cum tituli recentiores exhibeant formam contractam Φιλωνίδας P. H. 368 I. 8 et bis. Contractionem non patiuntur ἐώ[ντι] P. H. 37. 24, ἐώντι P. H. 38. 11 et ter; ἱαρεωσύνα P. H. 40 a. 11 ex *ἱαρηϝοσύνα cf. Wackernagel, Philol. Anz. 16. p. 73. Deinde εω numquam coalescit in genet. sing. et plur. nominum in - ευς cf. § 21.

Postremo quaedam formae commemorandae sunt, quae in titulis versibus hexametris compositis occurrunt neque contractionem passae sunt metri causa:

ἀβλαβέος P. H. 335. 6, εὐσεβέων P. H. 218. 5, ἐών P. H. 343. 4.

9) De η + α in acc. sing. nominum in - ευς in η contractis cf. § 2, 2 B II et § 21.

10) De η + ε in nom. plur. nominum in - ευς in η contractis cf. § 2, 2 B. II.

11) ο + α in vocabulo πρᾶτος et ο + ᾱ in vocabulo Βαδρόμιος in Doride in α contrahi iam supra §. 2, 1, B. II. docui testimoniaque attuli. Tamen in titulis Doricis satis antiquis stirps πρωτο - in nominibus propriis praecipue occurrit. Πρωτόμαχος P. H. 2. 1 est nomen hominis Ionici ex urbe Κίος ad Propontidem sita. Πρώταρχ[ος] P. H. 45 a. 12, Πρωτοφάνης P. H. 10 b. 9, Πρωταγόρας numm. 83, Πρωτέας P. H. 427. 2. In titulis sermonem vulgarem exhibentibus occurrunt formae πρώτου P. H. 391. 1, πρώτων P. H. 73. 4.

Τιμώναξ P. H. 10 a. 60 et septies ortum est ex *Τιμοϝαναξ.

12) ο + ε non contrahuntur in προενόησαν P. H

383. 8; contractionem passae sunt vocales ο + ε in ἀλειτούργητος P. H. 32 a. 3.

13) ο + ο in Doride severiore in ω contrahi docet Ahrens de dial. Dor. p. 204; huius rei etiam in titulis Cois vestigia quaedam exstare videntur. Legimus formas [κ]αρπῶντι P. H. 37. 33 et [καρπ]ῶντι P. H. 37. 35. Quas formas ad indicativum non ad conjunctivum pertinere ex tota inscriptione satis apparet. Deinde ο + ο in ου contrahuntur in gen. sgl. decl. nominum in - ο. cf. §. 17, 1 et in verbis in - οω [ἀξ]ιοῦντι P. H. 13. 27, ἀξιοῦν[τι] P. H. 13. 33, ζαμιούντω P. H. 40 a. 14 atque in genet. sing. nominum propriorum. fem. in - ω. cf. § 23.

§ 6.

De productione suppletoria.

Quamquam quaedam, de quibus nunc locuturus sum iam aliis locis attuli totam productionis suppletoriae quaestionem tractare mihi liceat. Quod nomen productionis suppletoriae non bene electum esse neque rem, de qua agitur, iuste significare satis scio. Cum autem non de origine huius rei agere velim sed solum demonstrare, quo modo haec res in Doride Coa se habeat, hoc nomine uti liceat, praesertim cum quantum scio aliud nomen, quod rei magis respondeat non inventum sit. Praemitto me notionem productionis suppletoriae quam latissime possum proferre, ut omnia, quae ea contineantur hoc loco tractare possim. cf. Ahrens, de dial. Dor. p. 153—172, G. Meyer, Griech. Gramm.[2] p. 79—82, 89—93.

1) Nasalis ante σ. excidit.

Doridem antiquiorem $\bar{\varepsilon}$ et $\bar{o}$ hoc loco ortas litteris η et ω significare multis testimoniis conspicitur.

In titulis Cois autem ει et ου leguntur his in testimoniis:

εἷς P. H. 68. 1, μηδείς P. H. 37. 17, κριθείς P. H. 37. 47 et bis, κρανθείς P. H. 325. 6; de praepositionis εἰς forma cf. § 32.

ἀποδιδούς D. I. 3611. 14, διδούσαις P. H. 386. 7, ἐπιδιδοῦσαι P. H. 384. 19, συ[νελθ]οῦσι P. H. 36 d. 46. [κ]αθήκουσι P. H. 9. 13, λαχούσας P. H. 386. 4, ὀφλοῦσαν P. H. 27. 34, χρηζο[ύ]σαις P. H. 386. 10; Ἐπιτυνχανούσης P. H. 351. 1, Θάλλουσα P. H. 389. 3, Μούσης P. H. 286. 2, Μουσᾶν D. I. 3632. 12 et semel, Μουσῶν P. H. 43 b. 17, Μουσαῖος P. H. 10 a. 55; γερουσία P. H. 95. 6 et quater, ἐξουσία P. H. 102. 17.

De accusativi plur. declinationis in - ο forma cf. § 17. 4; de ε + ου adulterinum cf. § 5. 7.

2) ε in η vel ει, ο in ω vel ου productae occurrunt ante ρ, λ, μ, ν ex ρρ, λλ, μμ, νν ortis. Quibus in vocabulis ρρ ex ρϝ νν ex νϝ ortae sunt, dialectum Atticam vocalem brevem exhibere satis constat. Videmus etiam in titulis Cois formas id genus occurrere.

a) ρρ:

κόρος, κοῦρος ex *κορϝος: Exstant Διοσκουρίδας P. H. 10 c. 24 et semel, κοῦρον P. H. 218. 10 in titulo versibus hexametris composito.

δόρατι P. H. 345. 10.

χειροτονία P. H. 5. 22. διαχειροτονείτω P. H. 10 a. 15.

b) λλ:

Inter verba δήλομαι, δείλομαι et βώλομαι βούλομαι, βόλλομαι rationem quandam interesse apparet, sed quae sit et quo modo explananda sit inter homines doctos non constat. Explanationi quam dat Brugmann, Grundr. I. p. 318, cum δήλεται ad *g²él-ne-tai βούλεται ad *g²l̥-né-tai revocet, maxime verbi ὄλλυμι forma obstat.

Verbi δήλομαι in titulis Cois exempla exstant haec: δήληται P. H. 28. 6, 34, 4. 384. 17, δηλόμενος P. H. 10 a. 8, δηλομέναι P. H. 386. 6.

Quod cum verbum in dialecto Ionica et Attica, quae ad Doridem insulae Coae magnam vim habuerunt, non exstaret, in titulis Cois η huius verbi servata esse videtur; forma δεῖλεται exstat in dialecto Dephica atque Locrensi. Quod attinet ad verbum βούλομαι et vocabula derivata βουλά, βουλεύω etc. in titulis Cois res plane aliter se habet; ω exhibent solum nomina propria Βώλιχος P. H. 54. 2 et 59. 1, Βώλιος P. H. 60. 7, quae pertinent ad βουλή; cf. Bechtel und Fick, Griech. Prsnn.[2] p. 81. Reliquae formae omnes ου exhibent: βούλομαι P. H. 319. 5, βουλά P. H. 1. 1 et persaepe, Ἀριστόβουλος P. H. 386 I. 22 et octies, Κριτόβουλος P. H. 54. 7 etc. Fortasse ω in nominis propriis Βώλιχος et Βώλιος ea re servabatur, quod origo eorum recentiore tempore obliterata erat.

ἐπαγγεῖλαντο P. H. 387. 1.

ἀποστεῖλαντες P. H. 13. 26.

ἀνέτειλε P. H. 137. 3.

χῖλιοι P. H. 12 a. 21 et ter; forma Attica huius vocabuli in omnibus titulis antiquioribus occurrit; forma χεῖλιοι P. H. 94. 4 et 129. 9 scribendi rationi ει pro ῑ, quae in titulis aevi imperatorum persaepe occurrit tribuenda est.

c) μμ.

ἦμεν P. H. 1. 8 et duodecies ex *εσμεν, ἐξῆμεν P. H. 10 a. 36 et semel.

d) νν:

Leguntur in titulis Cois nomina Κλην-αγόρας P. H. 10 c. 30 et quinquies, Κληνώ P. H. 368 II. 49 et semel. Bechtel, Griech. Prsnn.[2] p. 169 iure quidem ea revocat

ad κλεινός, praesertim cum etiam haec nominis forma in titulis Cois inveniatur: Κλεῖνος P. H. 10 c. 2 et bis. Quae ratio sit inter has duas stirpis formas κλην- et κλειν- nunc breviter inquirendum est. Curtius, Griech. Etymol.[4] p. 150 putat κλεινός natum esse ex κλε - ιν - ός; quo modo hac ratione forma Dorica κληνός, quam nemo certe ab forma κλεινός separari velit, explicari possit, plane non intellego, cum ne in Doride quidem unquam ε + ι in η contrahantur. Tum etiam forma κλεεννός, quam legimus apud Pindarum Pyth. 4. 280, 5. 19. huic explicationi obstat. Ex neutris tertiae declinationis in -ος adjectiva adjectione syllabae -νος formari nemo est qui nesciat, ut satis sit exempla quaedam afferre: ἀλγεινός ad ἄλγος, ὀρεινός ad ὄρος, σκοτεινός ad σκότος. Eodem modo ad κλέϝος puto formatum esse adjectivum *κλεϝεσ-νός, quod in Doride ex legibus huius dialecti in *κλεϝηνος, *κλεηνος, κληνός commutatum est.

Ποθεινήν P. H. 335. 3, ποθεινάν P. H. 335. 3; quamquam vocabulum πόθος semper genus mascul. exhibet, tamen ex eo eodem modo atque ex neutris in -ος adjectivum ποθεινός derivatum est.

[ὑ]π[ομ]είνας P. H. 384. 3.

διανειμάτω P. H. 34. 49.

ξένος ex ξένϝος: Formam primariam ξενϝος in singulis dialectis transiisse in ξέννος, ξῆνος, ξεῖνος et ξένος satis cognitum est. In titulis Cois ex Doridis legibus exspectamus formam ξῆνος vel ξεῖνος; huius ει autem vestigia plane non inveniuntur; immo vero stirps ξεν-sexagies ter in nominibus appellativis ex. gr. πρόξενος et in nominibus propriis ex. gr. Τιμόξενος legitur, cum semel solum stirps ξειν - occurrat in vocabulo Ξεῖνι[ς] P. H. 10 b. 44. Iam satis antiquo tempore quarto circiter saeculo Doridem Coam formam huius vocabuli Atticam recepisse

apparet. Nomen proprium Ξεῖνις Ionici cuiusdam hominis fortasse nomen est.

ἕνεκα P. H. 94. 12 et novies ex *ἕνϝεκα cf. Wackernagel, Kuhns Ztschr. 25. p. 262.

3) σ ante consonam excidit.

In titulis Cois η occurrit in vocabulo πρηγιστεύσαντος P. H. 417. 4 quod pertinet ad vocabula in titulis Creticis occurrentia πρεῖγυς et πρεῖσγυς, thess. πρεῖσβυς. De his vocabulis, quorum ratio inter se et ad vocabula πρέσβυς, πρέσγυς nondum explanata est cf. Brugmann, Grundr. d. indog. Sprach. 2. p. 406.

Ahrensium dialectum Doricam in duas partes divisisse in Doridem severiorem atque in Doridem mitiorem satis cognitum est. cf. Ahrens, de dial. Dor. p. 403—422. Doridi severiori Ahrensius eos Dorienses attribuit, quorum lingua η et ω ex ε et ο productione suppletoria natas atque ex ε+ε et ο+ο contractas exhibuit, Doridi mitiori linguam hoc loco ει et ου exhibentem. Insulas Dorienses ad oram Asiae minoris sitas Ahrensius l. c. p. 412 seq. Doridi mitiori tribuit. Sed ex testimoniis η et ω exhibentibus, quae in titulis Cois exstant, supra allatis apparet Ahrensii divisionem ad insulam Con non convenire. Quae res etiam aliis locis ita se habet atque maxime Ahrensii sententiae haec res obstat, quod titulus Theraeus tertii alteriusve saeculi mitiorem, quam dicunt, Doridem exhibet, cum Cyrenae, quae Theraeorum colonia erat, etiam primo a. Chr. n. saeculo vestigia Doridis severioris exstent. Quibus de causis G. Meyer, Griech. Gramm.² p. 82. seq. aliique Ahrensium contra sententiam protulerunt non ita rem se habere immo vero omnes Dorienses antiquiore tempore η et ω, recentiore ει et ου pronuntiasse atque discrimen inter severiores et

mitiores dialectos nullum aliud, quam quod ad tempus attineat, esse.

Qua de Doridis mitioris severiorisque quaestione postremo optime egit Johansson, de derivatis verbis contractis linguae graecae p. 27 seqq. ostenditque neque ad locum neque ad tempus solum hanc quaestionem pertinere sed vicinitatem locorum ad maturum vel serum η in ει et ω in ου transitum efficiendum multum valuisse. Liceat quaedam ex iis ad verbum afferre p. 27. „In „atticis et ionicis dialectis insularibus maturissime ε et ο „soni, primitus aperti, clausi facti sunt. Ex his velut „ex centro per fluctus in orbibus, ut ita dicam, fluctu„antes in omnes partes haec mutatio diffusa paulatim „invalescere coepit. Sed consentaneum est quod, quo „propior inclinatio quaedam fontem sit, eo valentior, quo „remotior, eo minor sit, eo plus temporis ad penetran„dum opus esse, quo quaeque regio remotior a centro „sit.“ Hoc modo optime ea res explanatur, quod dialectus Laconica, Messenia, Cyrenaica etc. η et ω, dialectus insularum Doriensium ει et ου exhibet; huctenus de hac re.

§ 7.

De crasi.

In titulis Cois oratione soluta compositis crasis rarissime occurrit; dici potest titulos Doridis recentioris plane ab crasi abhorrere. cf. Meisterhans, Gramm. d att. Inschr.[2] p. 55.

1) καὶ et vocabulum quod incipit ab α quadragies καὶ et vocabulum incipiens ab ε duodequinquagies crasin non patiuntur. Exceptionem primo aspectu facere videtur κῆν = καὶ ἐν P. H. 37. 32; certum autem iudicium de toto loco ferre non licet, cum post hanc vocem la-

cuna sex fere litterarum sit. Aliter de hoc loco iudicaverunt Prott et Ziehen, Leges Graecorum sacrae I. pag. 20 et 22; scribunt κην[εῖ] glossa Hesychii κηνούει i. e. ἐκεῖ nisi.

2) Cum crasis inter articulum et nomen plane numquam reperiatur, legimus quae sequuntur:

τῶι 'Απόλλ[ωνι] P. H. 40 a. 3.

ἁ ἀνάθεσις D. I. 3619. 9, ἁ ἐκκλησία P. H. 5. 22, ἁ ἐπαγγελία P. H. 10 a. 34.

τᾶι 'Αθάναι P. H. 34. 39, τᾶι αὐτᾶι P. H. 104. 12, τᾶι ἐκκλησίαι P. H. 2. 9 et semel.

τὸ ἄγαλμα P. H. 61. 4, τὸ ἅτερον P. H. 38. 11 et bis, τὸ αὐτό P. H. 367. 53, τό ἐπιχώριον P. H. 34. 28, τὸ ὄνομα P. H. 367. 31 et semel, τὸ ὠμόν P. H. 38. 19, τὸ ὡρολόγιον P. H. 57. 2.

τὰ ἀναθήματα P. H. 36 b. 12, τὰ ἔγγονα P. H. 36 a. 4. τὰ ἐν P. H. 104. 14 et quinquies, τα ἐνίματα P. H. 10 a. 12.

3) Crasin patiuntur formae ταὐτά = τὰ αὐτά P. H. 37. 20 et 45, D. I. 3632 et decies in eodem titulo, P. H. 367. 54; τἆλλα = τὰ ἄλλα P. H. 367. 75.

4) In titulis versibus compositis ex versus necessitate haec crasis exempla leguntur:

κἄμ = καὶ ἐν P. H. 218. 6, κἀμαυτῶι P. H. 58. 13, κἤν = καὶ ἐν P. H. 58. 6.

Quamquam versu crasis postulatur tamen scribitur καὶ ἐχάραξε P. H. 325. 11.

§ 8.

De elisione.

Quod attinet ad elisionem in titulis Cois oratione soluta compositis maxima exstat varietas, cum vocalis

brevis eiusdem vocabuli mox elidatur mox elisionem non patiatur. cf. Meisterhans, Gramm. d. att. Inschr.[2] p. 54.

ἀλλά: ἀλλ' ὁμοίως P. H. 5. 14.

ἀνά: ἀν' ἐνια[υτ]όν P. H. 10 b. 21.

ἀπό: ἀπὸ 'Αριστομβρότου P. H. 368 VIII. 8 et bis; ἀπὸ ἀργυρίου P. H. 5. 21, ἀπὸ 'Ονασικλεῦς P. H. 124. 1; ἀπὸ['Υ]ψικλεῦς P. H. 368 I. 15.

δέ: ε vocabuli δέ ante vocabula ab α incipientia quater eliditur δ'αἱρεῖσθαι P. H. 36 b. 25 δ'ἀνάλωμα P. H. 27. 21, δ'ἀποπυρίδα P. H. 36 b. 24, δ'αὐτ[οῖς] P. H. 3. 5; elisionem non patitur quinquagies septies; ante vocabula ab ε-incipientia ratio est haec 0: 17, ante ι 0: 8, ante ο 0: 2; ante υ legimus δ'ὑπό P. H. 324. 7.

ἐπί: ἐπ 'Αμφιαρηΐδα P. H. 40 a. 7, ἐπ' ἀρεταῖ P. H. 34. 47, ἐπ' 'Αριστοφάνευς P. H. 383. 2. ἐπ' αὐτ[- ?] P. H. 8. 11, ἐφ' ἑστίαν P. H. 37. 48, ἐφ' οὗ P. H. 38. 11 et bis; ἐπὶ ἱερέως P. H. 103. 2, ἐπὶ ὑποθέμασιν P. H. 383. 9.

ἔστε: ἔστ' ἄν P. H. 36 c. 25.

κατά: κατ' ἀνδρογένε[ιαν] P. H. 36 d. 41 et semel, κατ' ἐνιαυτόν P. H. 34. 12 et ter, κατ' εὐεργεσίαν P. H. 46 a. 3, κατ' ὄνειρο[ν] P. H. 348. 2. — κατὰ οὐδένα P. H. 381. 8.

μετά: μετ' ἐξουσίας P. H. 102. 17.

μηδέ: μηδ' ἀποθήκηι P. H. 36 c. 12, μήδ' ἐν P. H. 36 c. 10 et bis; μηδὲ ὑποθέμεν P. H. 36 b. 9.

παρά: παρ' αὐτοῖς P. H. 367. 78, παρ' ἑα[υτοῦ] P. H. 108. 25; — παρὰ 'Αθηναγόρα P. H. 368 VI. 35.

ποτί: ποτ' ἀνάθεσιν D. I. 3619. 4, ποτ' αὐτός P. H. 384. 6 et semel.

τε: τε ἐκ P. H. 383. 10, τε ἱερά P. H. 382. 10, τε ὑποδοχάν P. H. 367. 14.

In titulis versibus compositis duodecies elisionem invenimus; sed quinquies vocalis brevis ante vocabulum

ab vocali incipiens elisionem non patitur quamquam versus elisionem flagitat.

§ 9.

Varia de vocalibus.

1) Quod attinet ad ε vocabulorum εὕρεμα P. H. 27. 11 et semel, ὑπόθεμα P. H. 383. 9, ubi η exspectamus, dicendum est stirpem nominum in - μα exeuntium recentiore tempore assimilari stirpi aoristi passivi et adjectivi verbalis; εὑρέθην, εὑρετός, εὕρεμα, ἐτέθην, ὑπόθεμα. cf. Blass-Kühner Griech. Gramm.[2] p. 286, Lobeck, Phryn. p. 445 seqq.

2) ο brevis vocabuli πεντόβολος P. H. 386. 7, ea re explanatur, quod in compositis recentioribus, quorum altera pars a vocali incipiebat persaepe productio huius vocalis neglegebatur; διόβολος, τετρόβολος, τριόβολος affert Wackernagel, Dehnungsgesetz d. griech. Composita p. 62, ubi de hac re verba facit.

Caput II.

De consonis.

---

§ 10.

De dentalibus.

1) In nominibus mensium Βατρόμιος et Πεταγείτνυος δ et τ occurrunt in titulis Cois. Βατρόμιος P. H. 27. 1 et ter, Βαδρο[μίωι] P. H. 29. 18., Πεταγειτνύου P. H. 36 b. 22 et semel, Πεδαγειτ[νύου] P. H. 38. 3. Alia huius rei exempla affert G. Meyer Gr. Gramm.[2] p. 202, qui tamen explicationem non profert. Quod attinet ad δ et τ in vocabulo Πεδαγείτνυος res ita se habet. πεδά, quod pertinet ad πούς atque casus instrumentalis obliteratus huius vocabuli esse videtur, occurrit in dialecto lesbica, boeotia, cretensi et argiva atque eandam notionem ac praepositio μετά habet. cf. Ahrens, de Graec. ling. dial. I. p. 152 seq. Quae cum duo vocabula eandem notionem haberent, etiam formae eorum eo modo assimiles factae sunt, ut τ vocabuli μετά litteram δ vocabuli πεδά suo loco moveret. De aliis assimilationis id genus exemplis cf. Bloomfield, Assimilation and adaptation Americ. Journ. cf. Philol. 16. p. 409 seqq. Ex testimoniis permultis quae collegit ad sustinendam sententiam haec affero: Spiritum asperum in vocabulum ἧσται invasisse ex analogia stirpis ἑδ ex *sed in ἕζομαι ἕδος apparet

ex voce sanscrita âste; cf. Bloomfield l c p. 429. Augmentum verborum ἠβουλόμην et deinde ἤμελλον, ἠδυνάμην assimile factum esse augmento verbi eiusdem significationis ἤθελον ad ἐθέλω vidit Brugmann Grundr. II. 862; Bloomf. ibid.

2) Littera τ inter vocales servata est in nomine mensis 'Αρταμίτιος: exstat ['Αρτα]μιτίου P. H. 43 b. 1 et bis, in ἐνιαύτια P. H. 37. 37, in Ποτειδᾶνι D. I. 3632. 17 et sexies.

3) θ pro δ in vocabulis οὐθείς et μηθείς in titulis quarti, tertii alteriusque saeculi a. Chr. n. occurrit. cf. Meisterhans.[2] p. 80. Exstant haec exempla: μηθε[ίς] P. H. 36 a. 8, μηθενί P. H. 36 b. 6, μηθένα P. H. 367. 45, [ο]ὐθέν P. H. 382. 16. In titulo P. H. 37. 17, qui ad exitum quarti a. Chr. n. saeculi pertinet legimus μηδείς et in titulo aevi imperatorum P. H. 381. 4 et 8 forma antiqua οὐδένα restituta est.

§ 11.

De sibilantibus.

1) Pro ττ, quod apparet in dialecto Attica, in titulis Cois semper σσ legimus; exempla exstant haec:

'Αλικαρνασσῶι P. H. 104. 18 et bis, 'Αλικαρνασσεύ[ς] P. H. 215. 3, 'Αλικαρνασσεῖς P. H. 13. 24, 'Αλικαρνασσίς P. H. 209. 3, βασίλισσα P. H. 73 1 et semel, ἐλάσσονος P. H. 34. 25 et semel, θάλασσα P. H. 38. 24 et bis, Θέσσαλος P. H. 10 c. 30 et quinquies, Θραΐσσα P. H. 224. 4 et semel, καρύσσω P. H. 37. 22 et ter, κυπάρισσος P. H. 43 a. 11 et bis, Λαοδίκισσα P. H. 208. 3, Λίβυσσα P. H. 264, Νόσσων P. H. 10 d. 49, Νόσσυλος P. H. 368 III. 72 et ter, Νοσσίς P. H. 368 II. 4 et semel; cf. Bechtel und Fick, Gr. Prsnn.[2] p. 317, qui haec nomina

revocat ad νεοσσός; ὁσσάπερ P. H. 38. 3, Παρνασσός P. H. 301, πράσσων P. H. 13. 31 et semel, ἐκπράσσε[σθαι] P. H. 41 b. 4, διαφυλάσσηι D. I. 3611. 16, διαφυλάσ[σων] D. I. 3611. 6.

Ea nomina propria in quibus ττ occurrit non Graeca sed Carica esse videntur.

'Αττ[ά]λω P. H. 43 b. 19 ῎Ατταλος P. H. 66. 2. cf. Kretschmer, Einl. in d. Gesch. der Griech. Sprache p. 350.; Βίτταρος P. H. 10 c. 66 et ter, Κοριττάδος gen. sgl. fem. P. H. 368 II. 42 et semel. De hac re cf. Wilamovitz, Hermes 25. p. 226 qui linguae Thracicae nomina Πίτταχος et Πιττάλαχος tribuit.

Πωλλίττη P. H. 166. 3 est nomen Romanum Pollitta; nomina Romana in-itta exeuntia collegit Klein, Rhein. Mus. 31. p. 297 seqq. cf. Stolz, Lat. Gramm. p. 585.

2) σ pro σσ legimus in his testimoniis: ῾Αλικαρνασῶι P. H. 105. 22, ῾Αλικαρνασεύς P. H. 216. 3 et 248. 3, Ναρκίσος P. H. 289. 3.

3) De σσ pro σ ante κ, χ, τ, ϑ agit Meisterhans[2] pag. 68 seq.; in titulis Cois huius rei haec exstant exempla:

'Αρισστέα P. H. 397. 3, Εὐχαρίσστου P. H. 169. 1, χρήσστη P. H. 297. 1.

[ἀσ]σφαλείας? P. H. 10 a. 7.

4) Consonam ζ exitu quarti a. Chr. n. saeculi in σ mollem transiisse atque hoc ex tempore pro σ inveniri docent Blass, Ausspr.[3] p. 89 et 122 Meisterhans[2] p. 68.

Δαμόκοζμος P. H. 49 a 5 et 8, Ζμένδρων P. H. 10 d. 14 et 80; at Σμένδρων P. H. 11. 2, 12 a 8. Ζκόπας P. H. 353. 2, Κάζτορο[ς] P. H. 383. 3, μιζθοποιήσωνται D. I. 3632. 19 scribit Bechtel apographo nisus; Th. Reinach Rev. d. Et. grecq. V. 253 docet ectypum chartaceum σ exhibere. Σώσιμος pro Ζώσιμος P. H. 397. 2.

5) Littera ξ vocabuli ἐξ: cf. Meisterhans p. 81. seqq.
a) ante vocales servatur:
ἐξ αὐτῶν P. H. 36 a. 10, ἐζέστω P. H. 36 c. 8, ἐξῆμεν P. H. 36 a. 36, ἐξ ὤμ P. H. 40 a. 13 etc.
b) in κ mutatur ante consonas κ, π, τ.
α) ἐκκλησία P. H. 2. 9 et ter, ἐκ Κῶ P. H. 40 a. 2;
β) ἔκπλους P. H. 1. 10 et ter, [ἐ]κπλύναντες P. H. 37. 35, ἐκ πάτρης P. H. 58. 12.
γ) ἐκ τᾶς P. H. 36 b. 12, ἐκ τοῦ P. H. 38. 10, ἐκ τῶν P. H. 281. 8.
c) ante ϑ, φ et χ aut in κ aut in χ mutatur.
α) ἐκφορά P. H. 38. 10, ἐκ χι[λιασ]τύος P. H. 37. 17, ἐκχωρῆσαι P. H. 319. 1.
β) ἐχϑύματ[α] P. H. 27. 36, ἐχϑυ[σ]εῦνται P. H. 36 b. 27, ἐχϑύσαντες P. H. 44. 2.
γ) κχ ante ϑ pro κ vel χ occurrit in ἐκχϑέματα P. H. 367. 62, cf. ἕκχται dat. sgl. fem. pro ἕκται P. H. 37. 63 ubi κχ pro κ ante τ occurrit.
d) ante β, γ, δ, λ, μ, ν, in γ mutatur:
α) ἔγγονα P. H. 36 a. 4, ἐγγόνων P. H. 34. 10., ἐγγόνοις P. H. 36 d. 4, ἐγγ[όν]ους P. H. 36 d. 32, ἐγγόνος D. I. 3611. 20.

Dicendum est ante γ plane tantidem κ inveniri:
ἔκγον[οι] P. H. 4. 12, ἐκγόνος P. H. 2. 5. et bis, ἔκγονος P. H. 130. 1, ἔκγονον P. H. 100. 7, ἐκγόνους P. H. 1. 9, ἐκγ[ον—?] P. H. 4. 7.
β) ἐγ Διομέδοντος P. H. 36 d. 32, ἐγδόντω P. H. 9. 4, 10 a. 23; ἐγ δύο P. H. 402 a. 9.
γ) ἐγ Λίβυος P. H. 36 a. 11.

6) Pro-xt-in nominibus Latinis ab Graecis scribitur Σέξτου P. H. 391. 5, Σέξστου P. H. 358. 1; cf. Meisterhans[2] p. 71.

§ 12.

De littera ν.

1) ν in exitu vocabulorum in titulis antiquioribus saepe ante consonas labiales in μ, ante consonas gutturales in γ mutatur. cf. Meisterhans p. 85. seq.

a) ν ante consonas labiales:

β: τὸμ βοῦν P. H. 37. 32.

π: ἐμ πᾶσι P. H. 1. 5, ἐμ πόλει P. H. 367. 61, 401. 5, ἐμ πολέμωι P. H. 1. 10, 2. 6, D. I. 3614. 9, ἅμ ποιεύμενος P. H. 5. 18, ὅμπερ P. H. 367. 70, τὰμ πόλιν P. H. 38. 26, 40 a. 13.

φ: κἄμ φϑιμένοισι P. H. 218. 6.

μ: [ἄ]μ μή P. H. 36 c. 14, ὦμ μ[— — ?] P. H. 40 a. 13, τὸμ μεγ P. H. 37. 33, τῶμ μεγάλων P. H. 14. 7. — [μ]ιάμ μεν P. H. 10 a. 25.

b) ν ante consonas gutturales:

κ: μέγ κα P. H. 37. 20, μέγ[κα] P. H. 37. 12, τὸγ καυτόν P. H. 37. 31, τὸγ κο[ιν]όν P. H. 38. 47, ὅγ κα P. H. 37. 44, ὧγ κα P. H. 36 b. 30, τούτωγ κριϑῆι P. H. 37. 12, 13, 14, 15, 16.

χ: μὲγ χοῖ[ρον] P. H 37. 33.

Ex testimoniis allatis apparet ν assimilem fieri in formis articuli, pronominis relat. ὅς et pronom. οὗτος et in vocabulis ἐν et μέν; exceptionem facit vocabulum μιάμ. Quod ad tempus attinet haec assimilatio solum in titulis tertii alteriusque saeculi, maxime autem in titulis, quos quarto a. Chr. n. saeculo tribuimus occurrit.

Qua de causa etiam contraria exempla ex titulio hnius aevi collegi. Exstant haec:

a) ante labiales:

β: τὸν βωμόν P. H. 10 a. 28, 382. 28, τὰν βο-[άϑειαν] P. H. 5. 11, τὰν βουλάν P. H. 9. 11.

π: τὸν πρεσβύτερον P. H. 34. 11, τῶν πολιτᾶν P. H. 5. 2 et 18, τῶν πρώτων P. H. 73. 4, τὰν παρά P. H. 384. 11, τὰν πατρίδα P. H. 367. 42, τὰν π[όλιν] D. I. 3612. 13, τὰν ποτ' P. H. 384. 6, τὰν προξενίαν P. H. 1. 13, τὰν προστάδα P. H. 385. 4, τᾶν ποϑ[όϑων] P. H. 34. 14. τῶν προσόδ[ων] P. H. 36 c. 2. ἦν πατρές P. H. 58. 14.

φ: τὰν φυλάν P. H. 367. 34, τῶν φυλετᾶν P. H. 384. 11.

ψ: τὸν ψαφισϑ[έντα] P. H. 3611. 11.

μ: τῶν μεμ[ισϑωμένων] P. H. 34. 22 τῶν μέν P. H. 27. 62, τῶν μετεχόντων P. H. 367. 17, τὰν μέν P. H. 27. 11, τᾶν μακρᾶν D. I. 3632. 31, τᾶν μή P. H. 386. 2, τᾶν Μουσᾶν D. I. 3632. 13; ἐν μηνί P. H. 27. 12; μὲν μεγάλων P. H. 27. 63.

b) ante gutturales:

γ: τὸν γάμον P. H. 36 c. 29 et 31, τὴν γυναικ-[εί]αν P. H. 36 c. 33, τῶν γέρων P. H. 386. 10.

κ: τὸν κατά P. H. 384. 16, τὸν κλᾶρον P. H. 367. 93, τὸν Κώιων P. H. 1. 4, τῶν κάπων P. H. 349. 4, τὰν κατα[βολ]άν P. H. 27. 17, τὰν κατασκευάν P. H. 387. 1; ὃν καί D. I. 3619. 9, ἂν κα P. H. 27. 27.; ἐν Καλύμναι D. I. 3632. 7.

χ: τὸν χρόνον P. H. 367. 12, τῶν χρημάτων P. H. 385. 3, 34. 15, τῶν χαρμυλέων P. H. 349. 6.

ξ: τὸν ξενισμόν P. H. 36 b. 23 et c. 38. τῶν ξενώνων P. H. 36 c. 4.

2) ν vocabulorum ἐν, πάν, σύν etc. persaepe in compositione attractionem non patitur; cf. Meisterhans[2] p. 87.

ἐνπετό(ν)των P. H. 5. 5, πανκράτιον P. H. 104. 17, Σινφόρου P. H. 202, συνγενείας P. H. 323. 3, συνκέχυται P. H. 419. 3, συνκλή[του] P. H. 123. 3, σύνπας P. H. 9. 7.

Haec res etiam invenitur in vocabulis certe non compositis; cf. Meisterhans[2] p. 88.

'Ανπέλου P. H. 199. 1, ἀνφοτέρης P. H. 58. 5, 'Αρίσταιχνος P. H. 392. 2 et sexies in eodem titulo, ἐνενκάμενος P. H. 58. 10, ἐνενκαμένου P. H. 58. 2, 'Επιτυνχανούσης P. H. 351. 1, Μελανκρίδας P. H. 406. 5 at Μελαγκρίδας P. H. 368 I. 58, παρα[λα]νβάνοντας P. H. 36 d. 30, πένψας P. H. 419. 4, συναντι[λα]νβανόμενοι P. H. 10 a. 6.

§ 13.

De consonarum geminatione.

1) Commemorandum est nomina propria in -υλος, -υλλος in titulis Cois paene semper unum solum λ exhibere; cf. Bechtel und Fick, Gr. Prsnn.[2] p. 27.

Αἰσχύλος P. H. 54. 4 et bis, Αἰσχύλινος P. H. 387. 19, 'Αθανύλος P. H. 10 b. 44, Δορκύλος P. H. 10 c. 65, Δορκυλίδας P. H. 404 a. 5, Νοσσύλος P. H. 368 III. 72 et ter, Φαινύλος P. H. 10 c. 22 et quater, Χαιρύλος P. H. 10 c. 49 et bis, Χαρμύλος P. H. 10 c. 49 et decies, [M?]αδύλος P. H. 10 c. 50 et semel.

At: [Δερ]κύλλα P. H. 405. 20, Θρασύλλος P. H. 340. 2.

2) ρρ occurrit in verbis compositis:

ἀπορραίνεται P. H. 38. 23, ἐπιρρεζέτω P. H. 40 a. 5.

3) Consonas simplices nominum Romanorum in titulis Graecis saepe geminari docet Dittenberger, Hermes 6. p. 152.

Λικιννιανῆς gen. sgl. P. H. 141. 10.

§ 14.

De spiritu aspero.

cf. Thumb, Untersuchungen über den Spiritus asper im Griechischen. Diss. Freiburg 1888.

1) Spiritum asperum in sermone titulorum Coorum vigere ex aspiratione consonarum κ, π, τ ante spiritum asperum satis apparet.

ἀφαιρεθέντων P. H. 34. 39, ἀφ' ἅς P. H. 368 II. 29 et semel, ἀφικομένου P. H. 7. 2, ἐθ' ἥρωας P. H. 350. 1, ἐφ' ἑστίαν P. H. 37. 48, ἐφ' οὗ P. H. 38. 11 et bis, καθ' ἅ P. H. 13. 33 et bis, καθαίρεσιν P. H. 7. 4, καθάπερ P. H. 38. 13 et bis, καθεστακόσι D. I. 3611. 10 et semel, καθ' ὅ D. I. 3619. 7, καθ' ὅν D. I. 3619. 7, καθότι P. H. 367. 83, καθ' ὑοθεσίαν P. H. 368 II. 35 et quinquies, μεθ' αὐτό[ς] P. H. 367. 83, ταῦθ' αἱρούμενοι P. H. 382. 17, δυσαθ' ὁμωνυμίας P. H. 58. 14.

2) Quod attinet ad stirpem ἱερο-, quae in titulis Rhodiis semper aspiratione caret, dicendum est eam in titulis Cois semper spiritum asperum exhibere; cf. Thumb, l. c. p. 24. καθιερόω P. H. 8. 11 et sexies, [ὑ]φιέρεια P. H. 27. 68 et semel.

3) Psilosis occurrit ex linguae legibus in μετ' ἁμῶν P. H. 8. 5; cf. Thumb, l. c. p. 97.

4) Vocabulum ἵππος primitus aspiratione caruisse deinde in appellativo ἵππος eam apparere coepisse, sed non in omnia nomina propria cum stirpe ἱππο - composita invasisse docet Thumb exemplaque affert l. c. p. 99. seq. In titulis Cois haec exstant testimonia: Ἀρίστιππος P. H. 10 b. 71 et quater, Ἀριστιππίδας P. H. 404. a. 1, Γλαύκιππος P. H. 10 c. 39 et quinquies, Λεύκιππος P. H. 368 III. 17 et ter, Στράτιππος P. H. 10 c. 43 et sexies.

At: Ἀνθιππος P. H. 344. 17 cf. Bechtel und Fick, Griech. Prsnn.[2] p. 153.

5) Ante ea vocabula, quorum forma primaria incipiebat ab ϝ in titulis graecis non raro aspirationem inveniri docet Thumb l. c. p. 59 et 70.

δεχ' ἔτη[ι] P. H. 343. 7.

6) Quod attinet ad aspirationem in vocabulis οὐθείς et μηθείς cf. § 10. 3.

§ 15.

Varia de consonis.

Duorum ρ uno in vocabulo exstantium unam nonnumquam excidere multis testimoniis satis constat. cf. G. Meyer Griech. Gramm.[2] p. 292. Huc pertinet: Φατρίο[υ] P. H. 150. 1 pro Φρατρίου. Eodem modo ex duabus syllabis inter se similibus una excidit in ἡμέδιμνον P. H. 39. 11.

Caput III.

De declinatione nominum.

---

§ 16.

De declinatione stirpium in — $\bar{\alpha}$.

1. De femininis.

Ubique dialectum Doricam in terminationibus primae declinationis $\bar{\alpha}$ pro η exhibere satis constat. Hoc loco autem non solum ea vocabula in quibus dialectus Ionica et Attica η exhibent, sed etiam ea in quibus etiam dialectus Attica α exhibet mihi afferenda esse puto ad rationem inter formas Doricas vulgares et Ionicas melius explanandam.

I. α longae in Doride respondet η in dialecto Ionica et Attica.

nominativus sgl.: ἁ P. H. 102. 1 et quindecies, ἅδε P. H. 137. 3, ἀναγραφά P. H. 367. 97, ἀπογραφά P. H. 367. 46 et semel, βουλά P. H. 102. 1 et quater, γᾶ P. H. 349. 1, γνώμα P. H. 2. 10 et ter, γυνά P. H. 375. 3, [διαν]ομά P. H. 40 a. 15, εἰράνα numm. 244, [ἐξαγ]ωγά P. H. 40 a. 2, ἐωνημένα P. H. 38. 6, Θευδότα P. H. 419. 1 [ἱερ]ωσύνα P. H. 40 b. 1, Ἰστριανά P. H. 364. 2, κεφαλά P. H. 40 a. 1, κριτά P. H. 38. 6, 22, Ματρώνα P. H. 135. 10, Μοδέστα 132. 6, Μύστα P. H.

209. 1, Παύλλα vel Παῦλλα? P. H. 337. 14, πριαμένα P. H. 27. 8, Ῥούφα P. H. 297. 3, Σεκόνδα P. H. 361. 1, σκοπά D. I. 3632. 20, τετάρτα P. H. 38. 25, φυλά P. H. 403. 6.

genetivus sing.: Ἀθάνας P. H. 34. 20 et bis, Ἀναξερέτας P. H. 368 II. 17, [ἀν]αγραφᾶς P. H. 29. 14, ἀρετᾶς P. H. 115. 4 et quater, ἀρχᾶς P. H. 383. 8, ἅς P. H. 152. 6 et bis, αὐτᾶς P. H. 115. 6 et bis; γᾶς D. I. 3632. 14 et semel, [Δερ]κύλλας P. H. 405. 20, δαπάνας P. H. 29. 15, ἑκάστας P. H. 37. 17, ἐνάτας P. H. 37. 6, [ἱερ]ωσύνας P. H. 28. 4 et semel, Ἰουκούνδας P. H. 433. 2, Κοθαίνας P. H. 325. 1, κοινᾶς P. H. 10 a. 6, Λαοδικίσσας P. H. 208. 3, μνάμας P. H. 130. 9 et bis, Νικοδίκας P. H. 368 V. 31, Παμφίλας P. H. 179. 7, πάσας P. H. 32 a. 4, Περσεφόνας P. H. 419. 4, Πλατίννας P. H. 405. 5 et bis, Σεβαστᾶς P. H. 119. 6, σκοπᾶς D. I. 3632. 10, σπουδᾶς P. H. 382. 15, στάλας D. I. 3619. 4 et semel, σωφροσύνας P. H. 115. 5, τᾶς P. H. 1. 8 et ducenties septuagies quinquies, ταύτας P. H. 38. 8, τειμᾶς P. H. 116. 10, τιμᾶς P. H. 327. 5, τραπέζας P. H. 37. 10, τρίτας P. H. 367. 24, ὑπαρχούσας D. I. 3611. 4, Φιλίννας P. H. 336. 1 et ter, φυλᾶς P. H. 44 a. 7 et semel.

dativus sing. ἀγαθᾶι D. I. 3611. 18 et bis, Ἀθάναι P. H. 34. 39 et ter, Ἀλασάρναι P. H. 7. 3 et semel, αὐτᾶι P. H. 34. 47 et sexies, [Ἀ]φροδίται P. H. 369. 8, βουλᾶι P. H. 1. 1 et septies, γᾶι P. H. 349. 2, γενομέναι P. H. 383. 13, δεκάται P. H. 38. 5 et quater, δηλομέναι P. H. 386. 6, δυοδε[κ]άται P. H. 38. 14, ἑβδόμαι P. H. 37. 61 et semel, εἰράναι P. H. 1. 11 et ter, Ἑκάται P. H. 370. 10 et bis, ἑκκαιδεκάται P. H. 27. 8, ἕκχται P. H. 37. 62, ἐνάται P. H. 37. 58 et bis, ἑνδεκάται P. H. 38. 10, ἑπτακαιδεκάται P. H. 36 b. 25, ἐχομέναι P. H. 10 a. 36, Ἠπιόναι P. H. 30. 10, θαλάσσαι P. H. 38. 24

et semel, Καλύμναι D. I. 3632. 7, Νίκαι P. H. 43 a. 4, πομπᾶι P. H. 45 a. 7, τᾶι P. H. 1. 1 et quinquagies quater, τετάρτα[ι] P. H. 42 b. 4, τειμᾶ P. H. 107. 14, τιμᾶι P. H. 10 b. 42, τρίται P. H. 39. 8, τύχαι D. I. 3611. 18, ὑποδοχᾶι P. H. 383. 12.

accusativus sing: ἀκμάν P. H. 419. 2, ἄλλαν P. H. 10 a. 26 et bis, [ἀλου]ργάν P. H. 36 d. 44, ἀμνάν P. H. 40 a. 8, ἄν P. H. 382. 22, ἀναγραφάν P. H. 13. 33 et quinquies, ἀρετάν P. H. 116. 7, αὐτάν P. H. 13. 31 et bis, βουλάν P. H. 9. 11, γενομέναν P. H. 367. 104, διαγραφάν P. H. 383. 15, ἑ[κ]άσταν P. H. 36 c. 7, ἰατρικάν P. H. 5. 4, ἰδιωτικάν D. I. 3632. 19, ἱερωσύναν P. H. 27. 4 et sexies, ἱαρεωσύναν P. H. 40 a. 11, καθειδρυμέναν P. H. 344. 15, κατα[βολ]άν P. H. 27. 17, κατασκευάν P. H. 387. 2, κεκραμέναν P. H. 37. 38, κεφαλάν P. H. 27. 64, λιθίναν P. H. 382. 27 et bis, μεγίσταν P. H. 5. 22, ποθεινάν P. H. 325. 3, πράταν P. H. 27. 12, Πρείμαν vel Πρεῖμαν? P. H. 116. 4, σάν P. H. 419. 2, Σεβαστάν P. H. 411. 2, σκοπάν D. I. 3632. 11, σπουδάν P. H. 36 b. 16 et bis, στάλαν P. H. 344. 15 et sexies, συναγωγάν P. H. 385. 3, τάν P. H. 1. 14 et centies quater, τάνδε P. H. 33. 15 et semel, ταύταν P. H. 401. 13 et semel, τελετάν P. H. 29. 13, τετάρταν P. H. 38. 18, τέχναν P. H. 5. 24 et ter, τιμάν P. H. 37. 26, τρίταν P. H. 10 a. 27, ὑποδοχάν P. H. 382. 12 et semel, φιλοφροσύναν P. H. 119. 12, φυλάν P. H. 367. 24, ὠνάν D. I. 3632. 1 et tredecies.

Genetivus plur. exit in - ᾶν ex - αων cf. § 2. 1. B. II. ᾿Αλεξανδρεᾶν P. H. 34. 31 et semel, ᾿Αλεξανδρειᾶν P. H. 34. 37 et ter, θεᾶν P. H. 44. 5, διακοσιᾶν P. H. 34. 60, δραχμᾶν P. H. 34. 24 et vicies septies, ἑταιρᾶν D. I. 3632. 5, κριθᾶν P. H. 39. 11 et semel, μακρᾶν D. I. 3632. 31, μοιρᾶν P. H. 325. 6, Μουσᾶν D. I. 3632. 12 et semel, παρευσᾶν P. H. 386. 2, τᾶν P. H. 34. 14 et quinquies.

Dativus pluralis in omnibus titulis oratione soluta compositis terminatione vulgari - αις utitur; exstant duodequadraginta testimonia.

II. α longae in dialecto Dorica respondet ᾱ in dialecto Attica η in Jade.

Nominativi sing. exstant undequinquaginta testimonia e g. ἀποφορά ἐκκλησία, genetivi centum undecim e. g. ζαμίας, ἐπιμελείας etc., dativi undequinquaginta e. g. ἐκκλησίαι, ἁμέραι, Ῥέαι, accusativi quinquaginta e. g. ἀγοράν, θυσίαν; omnes has formas singulatim afferre non necesse est.

III. Formae vulgares, quae exstant in titulis Cois nunc afferendae sunt:

nominativus sing: ἀδελφή P. H. 73. 2, ἀρίστη P. H. 279. 2, Βερενίκη P. H. 353. 1, βουλή P. H. 43 a. 22, γυνή P. H. 206. 2 et semel, Δαμο[νί]κη P. H. 165 a. 1, Εἰρήνη P. H. 278 1 et semel, Ἑρμιόνη P. H. 192. 1, Εὐτελιστράτη P. H. 10 c. 89, Εὐφ(ρ)οσύνη P. H. 360. 2, ἡ P. H. 36 c. 20 et octies, Λύδη P. H. 300. 1, Νείκη P. H. 71 a. 1 et semel, Νίκη P. H. 65 et quinquies, Νικομάχη P. H. 426. 1, Ὀνομάστη P. H. 389. 4, πομπή P. H. 43 b. 5 et bis, Στρατονίκη P. H. 247. 1, [συνα]γωγή P. H. 36 c. 22, Σωζομένη P. H. 389. 5, Τέχνη P. H. 366. 1, Τύχη 243. 1 et semel, Φίλη P. H. 46 a, Φοίβη P. H. 94. 10, χρηστή 243. 1 et semel.

genetivus sing.: ἀδελφῆς P. H. 120. 9, Ἀναξιπόλης P. H. 368 I. 23 et bis, Ἀναξιστράτης P. H. 368 VII. 17, ἀρετῆς P. H. 94. 12 et semel, Ἀρίστης P. H. 368 VI. 65, Ἀριστοδίκης P. H. 368 V. 53, ἀρχῆς numm. 251 et bis, Ἀρωματίνης P. H. 425. 3, δ[η]μαρχικῆς P. H. 410. 2, ἑαυτῆς P. H. 94. 11, εἰρήνης P. H. 102. 17, Ἐπιτυνχανούσης P. H. 351. 1, Ἑρμοδίκης P. H. 368 VII. 69, Ἠπιόνης P. H. 345. 16, ἧς P. H. 218. 8, Θυώνης P. H 58. 11, Ἱππίχης

P. H. 368 II. 8, Καλλινίκης P. H. 177. 1, Καλλιστράτης P. H. 368 II. 13, Κλεονίκης P. H. 398. 5, κλίνης P. H. 36 d. 17, Κλυμένης P. H. 368 I. 48 et semel, λαμπροτάτης P. H. 102. 2, Λαυδίκης P. H. 183. 1, Λικιννιανῆς P. H. 141. 10, Μαρκιανῆς P. H. 226, Μεγίστης P. H. 179. 3, Μενεστράτης P. H. 368. VIII. 30, Μενίσκης P. H. 368 I. 18 et quater, Μίκης P. H. 368 II. 67 et semel, Μικυλίνης P. H. 217. 1, Μούσης P. H. 286. 2, Νικομάχης P. H. 386. III. 53 et quater, ξένης P. H. 352. 4, πηγῆς P. H. 218. 8, ποιησαμένης P. H. 120. 6, Πολυστράτης P. H. 368. VII. 11 et semel, Πώλλης P. H. 226, Πωλλίττης P. H. 166, 3, Ῥουφείνης P. H. 288. 4, στήλης P. H. 319. 19, Συνέτης P. H. 220. 3, τέχνης P. H. 58. 13, τῆς P. H. 36 c. 32 et vicies, Φοινίκης P. H. 126. 2, φυλῆς P. H. 108. 17.

dativus sing.: ἀγαθῆι P. H. 103. 1 et bis, ἀποθήκηι P. H. 36 c. 12, ἑκκαιδεκάτηι P. H. 36 c. 18, ἑπτακαιδεκάτηι P. H. 36 c. 19, θρεψάσῃ P. H. 307. 3, Νύσῃ P. H. 105. 11, ὀκτοκαιδεκάτηι P. H. 36 c. 21, στήληι P. H. 36 d. 23, τῆι P. H. 36 c. 11 et ter, τύχηι P. H. 103. 1 et ter, χαλκῇ P. H. 409. 7.

accusativus sing.: ἀγαθήν P. H. 335. 1. ἁρ[παγ]ήν P. H. 322. 9, γῆν P. H. 324. 7, εὐχήν P. H. 63. 4, ἥν 58. 14 et semel, θυγατριδῆν P. H. 127. 2, κλίνην P. H. 36 d. 14, κουφήν P. H. 198. 1, Ποθεινήν P. H. 335. 3, σήν P. H. 218. 7, τέχνην P. H. 58. 2, τήν P. H. 36 c. 27 et tredecies.

genetivi plur. in - ων quattuor exstant testimonia: [ἱε]ροσυνῶν P. H. 36 d. 36, κυνηγεσιῶν P. H. 141. 3, Μουσῶν P. H. 43 b. 17, τῶν P. H. 36 c. 2.

Quem si nominum vulgarem formam exhibentium catalogum perlustramus, videmus permulta nomina propria mulierum in eo occurrere, quorum magnus numerus in titulis Doricis tertii alteriusque a. Chr. n. saeculi

legitur. Haec res bene ostendit incolas insulae Coae propinquitate et amicitia ad urbes Ionicas vicinas contigisse. cf. pag. 13. Reliqua mulierum nomina paene omnia occurrunt in titulis sepulcralibus aevi imperatorum confirmantque Coos hoc tempore sermone vulgari usos esse. cf. p. 24.

IV. Formas Ionicas, quae in titulis Cois occurrunt in duas praecipue partes dividere possumus.

a) Nomina propria feminarum Ionica in titulis Cois oratione soluta compositis non raro leguntur; verisimile est eas mulieres, quibus nomina Ionica sint ex Ionica quadam civitate in insulam Coam venisse, fortasse etiam hae Ionicae nominum formae a matribus in filias transferebantur; exempla exstant haec:

Ἁλίη P. H. 380, Ἁλίης P. H. 368 I. 74 et ter, Δίης P. H. 368 VII. 64, Ζωβίης P. H. 405. 22, Θευδοσίης P. H. 368 VI. 43 et semel, Κλειτοθέης P. H 368 II. 20, Μικοτέρης P. H. 368 VIII. 78, Νικοτέρη P. H. 174 a. 1, Νικοτέρης P. H. 368 I. 56, Σιμοτέρης P. H. 368 III. 36.

b) Nomina appellativa plane nusquam nisi in titulis versibus hexametris compositis inveniuntur; Iadem semper linguam horum versuum fuisse satis cognitum est:

ἀνφοτέρης P. H. 58. 5, γηραλέην P. H. 419. 6, δημοσίῃ P. H. 58. 12, ὁμωνυμίης P. H. 58. 14, ὀφιηβοσίης P. H. 58. 5, πάτρης P. H. 58. 12, π[έ]τρῃ P. H. 218. 4, φιλίης P. H. 58. 14; Νεμέῃ P. H. 58. 6.

c) Difficultatem quandam praebent vocabula τᾶι Λευκοθέη[ι] P. H. 37 a. 2; hic titulus, qui est praeter pauca vocabula deletus exstat in eodem lapide ac P. H. 37, qui uti supra docui ad finem quarti a. Chr. n. saeculi referendus est, et pars huius magnae inscriptionis esse videtur. Extremae duae litterae leviter mutilatae sunt,

sed Λευκοθέαι legere plane non permittunt, cum litterae η solum linea transversa absit. Aliter Prott et Ziehen, Leges Graecorum sacrae I. p. 24 qui scribunt Λευκοθ(έα)[ι]? Quomodo haec forma Ionica in titulo Coo satis antiquo explicanda est? Ex titulis Cois non apparet, qua ex parte Graeciae Coi cultum huius deae marinae receperint. Quae cum dea marina omnibus in oris maris mediterranei coleretur, fortasse hic cultus ex Ionica quadam urbe ad Coos venit Ionicaque nominis forma remansit praecipue cum Mileti, Chii, Lampsaci, Tei vestigia eius invenerentur. cf. Preller, Robert, Griech. Mythol.[2] p. 601—602. At cf. Wide, Lakon. Kulte p. 228 et Roscher, Lexikon d. griech. und röm. Mythologie II. p. 2015.

d) Forma ἱερῆς P. H. 386. 9 videtur esse accusativus plur. ad ἱερῆ; nominativus ἱερῆ ex *ἱερέη exstat bis in titulis Ionicis; cf. Bechtel, Die Inschriften d. jon. Dialects in Abhandl. d. Gött. Ges. d. Wiss. Bd. 34 n. 125 et 150. ἱρείη apud Herod. I. 175 et V. 72 exstat.

e) De quibusdam formis Ionicis, quae occurrunt in titulis aevi imperatorum nihil certi scio:

ἀρχιερείης P. H. 141. 11, εὐγενίης H. P. 323. 1. χρυσέηι P. H. 73. 7 in titulo, qui ad Alexandriam pertinet.

2. De masculinis.

I. nomina propria.

Huc pertinent nomina propria in -δας, -τας, -λας, -αγόρας, -εας, -ιας et -υας, quorum nomina in -αγόρας et -ιας etiam in dialecto Attica ᾱ exhibent.

nominativus sing.

a) -δας: Ἀγασιάδας P. H. 431, Αἰαντίδας P. H. 12 a. 12, Ἀΐδας P. H. 419. 2, Ἀριστιππίδας P. H. 406. 8,

'Αρχιωνίδας P. H. 12 a. 26, Βοΐδας P. H. 10 c. 13, Διοσκουρίδας P. H. 10 d. 11, Εὐδωρίδας P. H. 10 d. 44, Εὐτελίδας P. H. 10 c. 35 et semel, Εὐτηρίδας P. H. 56. 2. 'Εφαντίδας P. H. 10 a. 50, 'Ηρακλείδας P. H. 10 c. 79, Θευδωρίδας P. H. 406. 5, Θευτιμίδας P. H. 10 b. 30 et bis, Καλλιππίδας P. H. 10 c. 10 et ter, Κλεισανθίδας P. H. 10 b. 33, Κ[ρατ]ίδα[ς] P. H. 10 d. 43, Λεωνίδας P. H. 10 c. 24, Μελανκρίδας P. H. 406. 5, Νικάδας P. H. 368 III. 11, 'Ονατορίδας P. H. 10 c. 12, Τιμαχίδας P. H. 368 II. 28, Τιμοκλείδας P. H. 10 a. 50 et semel, Φιλωνίδας P. H. 10 d. 24 et semel, Φιλεωνίδας numm. 4, Φιλονίδας numm. 114. Χαρίδα[ς] P. H. 9. 19, Χαρμίδας P. H. 44. 9.

b) -τας: [Β]αργυ[λι]ώτας P. H. 49 b. 4, Γέτας numm. 253, Λαέρτας numm. 59, [Με]λάντας P. H. 10 b. 18, Μενοίτας P. H. 368 VI. 47, Φιλίτας P. H. 10 b. 54, Χρυσάντα[ς] P. H. 10 d. 72.

c) -λας ex -λαος contractum est cf. Ahrens. de dial. Dor. p. 199.

'Αριστόλας P. H. 10 c. 87.

d) -νας:

Λεπτίνας P. H. 387. 23.

e) -αγόρας:

['Α]ντάγορας P. H. 9. 16, 'Αρισταγόρας P. H. 10 b. 9 et quater, Δαμαγόρας P. H. 10 c. 3 et semel, Διαγόρας P. H. 1. 2 et bis, Κληναγόρας P. H. 368 VI. 27, Νικαγόρας P. H. 10 c. 51 et septies, [Πρ]αταγόρας numm. 83, Πρωταγόρας numm. 83, Τειμαγόρας P. H. 9. 18.

f) -ιας:

'Αγησίας P. H. 10 b. 25 et sexies, 'Αγίας P. H. 10 c. 65 et semel, Αἰνείας numm. 241, Αἰνησίας P. H. 10 d. 59, 'Ακινίας numm. 168, 'Ανδρίας P. H. 387. 16. 'Αρ-

χίας P. H. 368 I. 11 et semel, Γο[ρ]γίας P. H. 10 c. 86, Δεινίας numm. 157, Ἑρμίας P. H. 10 b. 57 et semel, [K]αλλίας P. H. 47. 5, Κλειτίας P. H. 10 b. 41 et semel, Κτησίας P. H. 257. 1, Κυδίας P. H. 10 c. 54, Λαμπίας P. H. 10 b. 47 et quater, Λυσανίας P. H. 10 d. 31, Πραξίας P. H. 387. 28, Πυθίας P. H. 10 b. 48, Σιμίας P. H. 387. 20, Τελευτίας P. H. 387. 13, Τισίας P. H. 10 a. 47 et semel.

g) - εας.

Σωτέας P. H. 261. 2, Τιμέας P. H. 368 VII. 10 et semel, Τι[σ]έας P. H. 368 VII 42, Χαιρέας P. H. 10 c. 32 et semel.

h) - υας.

Παναμύας P. H. 10 b. 73 et semel, Τισύας numm. 180.

i) nomina decurtata:

Δάμας P. H. 54. 4 et bis, [Ἡ]ρακλᾶς P. H. 254. 1 cf. Ahrens, de dial. Dor. p. 561. Ὑζησας? numm. 180.

k) Varia nomina.

Φλά[μ]μας P. H. 337. 5.

Genetivus sing. horum nominum in Doride exit in -ᾱ ex -αο. cf. § 2, 1, B. II.

a) Ἀναξα[ν]δρίδα P. H. 10 d. 37, Ἀρατίδα P. H. 10 b. 22, Ἀριστείδα P. H. 53. 1, Ἀριστοκλείδα P. H. 9. 20 et quinquies, Ἀριστιππίδα P. H. 404 a. 1, Ἀσκλαπιάδα P. H. 50. 3, Διοσκουρίδα P. H. 10 c. 24, Δορκυλίδα P. H. 404 a. 5, Ἐμμενίδα P. H. 404 a. 6 et semel, E[ὐδω]ρίδα P. H. 10 d. 44, Εὐκλειτίδα P. H. 368 VI. 46, Εὐ[τ]ελίδα P. H. 10 b. 41, Εὐτηρίδα P. H. 10 c. 26 et bis, Εὐτυχίδα P. H. 46 a. 8 et ter, Ἐφαντίδα P. H. 10 a. 63, Θευξενίδα P. H. 10 d. 74, Θευτιμίδα P. H. 10 b. 31 et semel, Θρασυκλείδα P. H. 404 a. 8 et semel, Καλλιππίδα P. H. 10 c. 10 et semel, Κλ[ει]σανθίδα P. H.

10 d. 12, Κρατίδα P. H. 10 c. 70, Κυννίδα P. H. 124. 2, Λεωνίδα P. H. 56. 3 et ter, Μελαγκρίδα P. H. 368 I. 58 et semel, Νικάδα P. H. 368 II. 52 et semel, Νικαρχίδα‹ι› P. H. 346. 6, Σωσανδρίδα P. H. 404 b. 2, Τελεσανδρίδα P. H. 49 a. 2, Τιμοκλείδα P. H. 368 VI. 63, Φιλιππίδα P. H. 368 I. et semel, Φιλωνίδα P. H. 368 I. 8 et bis.

b) Μαιδάτα P. H. 44. 22, Μελάντα P. H. 267. 2, Μενοίτα P. H. 428 et semel.

c) Ἀρκεσίλα P. H. 44. 21, Ἀρχέλα P. H. 10 c. 68 et semel, Δαμ[α]σίλα P. H. 52. 2, Νικόλα P. H. 10 c. 59, Στασίλα D. I. 3614. 2.

d) Αἰσχίνα P. H. 368 VI. 22, Ἀριστίνα P. H. 368 V. 22, Λεπτίνα P. H. 387. 18.

e) Ἀθηναγόρα P. H. 368 VI. 35 et semel, Ἀνθαγ[ό]ρα P. H. 10 d. 58, Ἀρισταγόρα P. H. 10 c. 50 et ter, Δαμαγόρα P. H. 10 c. 87, Διαγόρα P. H. 368 V. 71 et semel, Κληναγόρα P. H. 10 c. 30 et bis, Νικαγόρα P. H. 10 b. 16 et decies, Ὀρθ[αγό]ρα P. H. 10 a. 58, Πυθαγόρα P. H. 10 b. 11, Τιμαγόρα P. H. 406. 8.

f) Ἁγησία P. H. 114. 2 et quater, Ἁγία P. H. 368 II. 19, Αἰνησία P. H. 44. 9 et semel, Αἰνία P. H. 271. 3, Αἰτησία numm. 233, Ἀλεξία P. H. 10 b. 53 et semel, Ἁλία P. H. 10 b. 46, Ἀρχία P. H. 368 I. 13, Ἑρμία P. H. 10 b. 43 et semel, Καλλία P. H. 431, Κλειτία P. H. 368 VIII. 59 et semel, [K]υδία P. H. 405. 4, Λαμπία P. H. 10 c. 36 et bis, Νικία P. H. 10 d. 76 et ter, Πασία P. H. 10 c. 37 et ter, Παυσανία P. H. 368 VIII. 28, Πραξία P. H. 10 d. 62, Σιμία P. H. 368 II. 65, Τελευτία P. H. 10 d. 45 et semel, Τισία P. H. 368 III. 7.

g) Ἁγέα P. H. 10 c. 85, Ἀριστέα P. H. 397, Δα-

έα P. H. 49 b. 3, Μνασέα P. H. 10 a. 65, Πρωτέα P. :. 427. 2, Τεισέα P. H. 10 a. 47, Τιμέα P. H. 368 VII. 3, Φιλίννεα P. H. 368 II. 18, [Χ]αιρέα P. H. 12 a. 24 ; semel.

h) Παναμύα P. H. 44. 31.

i) 'Απελλᾶ P. H. 352. 8, Δάμα P. H. 183. 3 et ›mel, 'Ε[ρ]μᾶ P. H. 425. 1, Ζκοπᾶ P. H. 353. 1, 'Ονησᾶ [üllensiefen D. I. 3654 at 'Ονησά[νδρου] P. H. 65.

dativus sing.

e) Σκυλλίται P. H. 37. 38 et 63.

accusativus sing.

e) Νικαγόραν P. H. 382. 20.

f) 'Ερμίαν P. H. 13. 28 et semel, Νικίαν P. H. 9. 8 .αρίαν D. I. 3614. 3.

vocativus sing.

a) 'Αΐδα P. H. 218. 9.

i) Δάμα P. H. 324. 1, 'Ερωτᾶ P. H. 287.

Genetivus plur. exit in - ᾶν ex - αων cf. § 2, 1 B. II. 'Αϑαναϊστᾶν P. H. 158. 2, 'Αϑηναιστᾶν P. H. 157. 2, ἰλασαρνιτᾶν P. H. 372 et bis, 'Ανδρομνηστοριδᾶν P. H. 51, 'Αντιμαχιδᾶν P. H. 393. 1 et semel, 'Αρχιαδᾶν P.H. 92. 2 et semel, 'Αφροδισιαστᾶν P. H. 153. 3, Εὐρυανακ-ι]δᾶν P. H. 150. 3, 'Ισϑμιωτᾶν P. H. 409. 1 et quater, .αρινδᾶν P. H. 151, Νισυριαδᾶν P. H. 368 VI. 39, 'Οσει-[α]σ[τ]ᾶν P. H. 54. 1, Σιμωνιδᾶν P. H. 149. 2, Φυξιωτᾶν . H. 327. 1.

Restat ut nomina propria vulgarem formam exhi-ɜntia afferam:

nomin. sing. 'Αμβρακιώτης P. H. 211. 2, 'Ασκηπιά-ης P. H. 352. 1, 'Ηρακλείδης P. H. 140 et semel, 'Ιλιά-ης P. H. 74. 3, Καλλιππίδης numm. 238, Κιβυράτης P.

